












DE PVERORVM MORBIS, ET SYMPTOMATIS TUM DIGNOSCENDIS, TUM CURANDIS LIBER,

matis tum dignoscendis, tum curandis Liber,

Ex Græcorum, Latinorum & Arabum placitis excerptus à SEBASTIANO AVSTRIO *Rubeaquensi apud Argentuariorum Colmariam medico.*

ADIECTI sunt Hippoc. Aph. aliquot de nouiter natorum adfectibus, alii item Aphoristici sensus ex variis authoribus,

De eorundem bona valetudine tuenda.

IN VIRTVTE



ET FORTVNA.

LVGDVNI,

Apud Guliel. Rouil. sub scuto Veneto.

1549

AD LECTOREM.

A primo vitæ diuersos stamine morbos,
Perpetimur, diris afficimurq́; malis.
Donec in occasum redeat, qui vixit ab ortu:
Antea quàm discat viuere, vita cadat.
Sed iuuat, artificem rerum, monstrasse malorum
Pharmaca: tum medicas arte creasse Scholas.
In quibus edocti, duros propellere casus,
Reddere vel saltem mitius, acre malum.



SERENISSIMO, AC INVICTISSIMO

PRINCIPI, ET DOMINO, D. Ferdinando Romanorum, Vngariæ, & Bohemiæ Regi, Archiduci Austriæ, Infanti Hispaniæ, Duci Burgundiæ, Carinthiæ, &c. Domino suo gratiosissimo, atque clementissimo, Sebastianus Austrius Medicus, Salutem & incolumitatem optat.



NCLYTISSIME rex, inuictissime Princeps, quum nihil à principio ita simul inuentum sit, traditumq́; vt non multa posteriores tam addiderint, quàm etiam in melius immuta-

rint. Quod equidem & in ipſa philoſophia, tum in aliis, & præcipuè in iis artibus, quas appellant liberales, cõtigiſſe, palàm dignoſcitur, quum omnes additamẽto quodam, & quælibet ſuo, ad ſummum faſtigium (teſte Poggio Florentino) peruenerint. Quod quidem & in re Medica cõtingere poſſe, quis inficiabitur? in qua quidem hactenus à maiori Philiatrorum parte, ita hallucinatum eſt, vt Auicẽnæ cum omnibus Arabibus id vitium fuerit cõmune, vt ſicubi vnus impegerit, reliqui omnes abſque omni iudicio, vt Manardus noſter ait, more balantum ſequuti ſint. Quare inter tot multa quæ hodie extant monimẽta, hoc vnicum teſtimonio nobis ſit opuſculum. De infantium ægritudinibus inſcriptum, olim inclyto, & inuictiſsimo Principi, ac Domino, D. Philippo, Hiſpanorum Regi, Archiduci Auſtriæ,

ſtriæ, &. M. T. auguſtiſsimæ memoriæ patri, à quodam Cornelio nomine, Achiatro Mechelingenſi dedicatum, ſatis profectò ſtudioſum, iuſtoq́; ordine cõpactum: niſi Auicennæ tantum, & Razis admodum plus ſatis autoritatibus fuiſſet refertum: tot mendis etiam, aliisq́; tot vitioſis erratis infarctum, inuſitataq́; demũ tam morborum, quàm medicamentorum nomenclatura, ſignificatione, idiomateq́; incerto cõſperſum, (in vera Barbarie natum eſſe quiſpiam deieraret) vt nemo, niſi naris ſatis emunctæ, ex hoc quidpiam ſalutis, adiumenti, auxiliiq́; certi, indeploratis infantium morbis, deportaturus eſſet. Prætereo, quòd Principis animũ, præcipuè docti, eiuſcemodi opuſculi lectio, potius à rei Medicæ ſtudio amoliretur, quàm illic aliquantiſper detineret: quum nihil aliud præter Arabicam effutiat

linguam, Græcæ verò tanquàm totius negotij, veri fontis, & ſcaturiginis, nunquàm non immemor. Quare non abs re factum, toties in morborum nominibus, eorumq; cauſis, notis, tum curationibus dignoſcendis, tenebricoſa quadam caligine cœcutitũ fuiſſe, non ſine paruo quidem decumbentium incõmodo, detrimento, periculo, interdũq; internecione ipſa. Quas ob cauſas Rex inclytiſsime, motus, huiuſcemodi opuſculum proculdubio in infantium, ſiue puerorum malis propulſandis ſalutare, atq; ſalubre præ ſe ferens inſtitutũ, quondam verò illuſtriſsimo, ac heroico ſanguini Auſtriaco, regiæ ſcilicet aulæ deuotum: nunc, vt denuo ſub *A. M. T.* tam numeroſa prole, videlicet regia adaucta, illuſtrataq;, nonnihil terſius, locupletius, adornatiusq;, & quaſi recèns natum, ex barbara gente, in ſuam veluti

natiuam patriam relegatum, & tanquàm postliminio à *M. T.* receptum, restituo, in publicũ produco, insinuo, medius fidius nil nisi vera, tam Hippocratis, quàm Galeni secum scita, dogmataq; reportaturũ. Quibus mehercle præter hoc, quôd regiam *M. T.* progeniem non mediocriter, delectabit, iuuabitq;, ad hoc etiam indocti, rudisq; popelli stultam opinionẽ refellet, autumãtis, infantibus, siue puerulis, morbo aliquo correptis, ob ætatis teneritudinem, nulla auxilij ope succurrendum esse. Nescium profectò hoc genus hominum tam stupidum, naturam, non tam in stirpis humanæ propagandæ, quàm conseruandæ genus, adeò propensam fuisse, tot inde media, tot medicamenta excogitasse, vt nõ tantum generandarum prolum defectus, quos sterilitatem vocamus, certis auxiliis, (si diis placeat) emẽdet,

imò & conceptos in vtero fœtus ad legitimũ parturiendi tempus foueat: dein ex vtero contumaciter prodeuntes in lucem proferat: enixas verò matres decentibus eduliis ad certos dies edulcet: natos autem lauet, lactet, demũ innumeris malis obnoxios, à venturis præseruet, inflicta profliget, vt in præsenti ex ordine docebitur opusculo. Quamobrem nõ admodum admiratione dignum, Hippocratem naturam cognominibus honestasse, eamq; iustam appellando, quã etiam Aristoteles veluti οἰκόνομον ait ἀγαθὸν esse, hoc est, Oeconomũ bonum, patremfamiliâsq;. Hoc itaque ab aliis retrò autoribus, vt Auicenna, & Raze, eorumq; asseclis succinctè licet attentatum, & Corneliana demum opera, vt dictum est, in iustum librum excerptum, ob barbariem fortè suã hactenus squalore quodam obsitum, vt fermè

Natura iusta ab Hippocrate: œconomus verò bonus ab Aristotele dicitur

mè

mè obliteratum, emortuumq́;, nullam ſui ampliùs poſt ſe memoriã reliquerit: nunc tamen recidiuum, & quaſi bis natum, nonnihil plauſibilius, magis diuturnũ, & viuidum, veritatisq́; ipſius amantius, ſub A. M. T. & regiæ ſobolis auſpicio auguſtiſsimo, cum gratia haud dubiè fauorabili, in priſtinam, & meliorem quidem faciem redire curaui. Quò etiam iuxtà incolumitatem regiorum corporum perpetuam, & in longos annos auſpicatiſsimè perdurantem, ac regnorum diuturnam ſeriem precatus. Hoc faxit D. O. M. omnium vnicus languorum ἀκέστωρ, & inclytiſsimus imperiorum Βασιλεύς. Datæ ex Argentuariorum Colmaria, ciuitate Imperiali.

HIPPOCRATIS APHO-
risimi nouiter natorum mor-
bos enarrantes.

IN ætatibus autem talia cõtingunt, paruis, & nuper natis puerulis, oris vlcera (quæ Aphthæ vocantur) vomitus, tusses, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates.

In progressu verò cum iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, cõuulsiones alui profluuia: & maximè cum caninos edũt dentes, & ijs præsertim pueris qui crassissimi sunt, & aluos duras habent.

Cum verò iam magis adoleuerint, tonsillæ, & vertebræ quæ in occipitio, ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos Græci asthmata vocant, calculi, lumbrici rotũdi, ascarides, verrucæ, quas Græci acrochordonas vocant, satyriæ, strumæ, & alia tubercula, sed præcipuè ante dicta.

Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluuia sanguinis.

Plurimæ autem passiones puerulis iudicãtur: nonnullæ quidem in quadraginta diebus: nonnullæ in septem mensibus, nõnullæ verò in annis septem, quædam verò iam ad pubem accedentibus. Quæ verò permanserint, nec in pubertate finierint, puerulis, aut fœminis, cum menstrua erumpunt, consenescere consueuerunt.



DE INFANTIVM, SIVE PVERORVM MORBORVM, ET Symptomatum dignotione, tum curatione Liber, Sebastiano Austrio Rubeaquensi medico, autore.

Morbus primus infantium, siue puerorum Syriasis, quem Latini capitis ardores vocant.



NFANTIVM Syriasis à P. Aegineta lib. 1. de tuenda valetudine describitur, quòd inflammatio quædam sit partium circa cerebrum, eiusq́ pannicu-los, quos meningas vocent, hoc est, membranas duas cerebrũ amplectentes: quarum interior rubentior, exterior autẽ solidior, Morbi descriptio Syriasis.

dior, piæ, duræq; matres hactenus à schola nostra vocitatæ. Ostendimus in Aeginetæ cõmentarijs, eiusmodi mali appellatione Latinos carere, nisi quòd Plinius libro 20. cap. 3. Ardores capitis appellet. Auicennæ verò interpres quidam apostema sitibũdum vocat: fortè quòd vel sibi humores attrahat, veluti cucurbita: vel quòd febris ardentissima ipsum concomitetur, & exiccatio vehemẽs gutturis, atque linguæ, tum oris stomachi, quibus sitis intensissima incitetur, potissimùm verò quãdo à bili flaua ortum sit. Vnde liqueat, curationem eius maximè refrigerãtia humectantiaq; postulare, vt in processu adparebit. Idem porrò Auicenna lib. 3. Fen. 1. Tract. 3. capite 5. Istiusmodi inflammationem circa cerebrum prouenientem Erysipelaten nominat. Cui equidem & alij astipulantur autores, forsan Galeni autoritate persuasi adserentis, Communem in omnibus immoderatam caliditatem,

Ardores capitis. Apostema. Sitibundũ.

tem, et veluti quandam efferuescentiam inflammationis nomen sortiri: quæ vbi ex sanguine, & flaua bile, calidioribus quàm oporteat mista fuerit fluxio, Erysipelaten tunc iusto quasi nomine vocari, multo inflammatione calidiorem, magisque coloris flaui notam referētē. Quem P. Aegineta morem sectatus, lib. 4. de Arte Medē. cap. 17. huiuscemodi inflammationes, quas Græci Phlegmonas adpellāt, communiter calentes cum dolore, & inflammatione, quæ Phlogosis græcè dicatur, tumores esse scribit: quos Latini nunc inflammationes, nunc ardores quandoq; collectiones vocitent. Præterea pro diuersitate materiæ ipsas efficientis harum quoque differentiam commutari.

Erysipelas. Phlogosis. Ardores. Inflammationes. Collectiones.

Hinc fortè gentilis ille Auicennæ explanator, huius mali causam esse bilis flauæ materiam insinuauit: attamen mitiorē, intensæq; exassationis expertē, aliasq; grauioris mali, hanc delinquētem materiam,

Causæ.

riam, fore incitamẽtũ. Quæ quidẽ etiã facilius ex Gal. ad Glauconẽ verbis innotescunt, recitãtis: sanguine optimo, ac mediocrem craßitudinẽ obtinẽte ad particulam aliquã in vniuersum fluere, atque ob multitudinẽ conculcato, vehemẽtẽ dolorẽ hominẽ arripere, nisi mẽbrũ omnino difficilem habuerit sensum, pulsumq́; in profundo molestũ efficere, mẽbrũq́; adparere omnino frangi, & vehementẽ calorẽ persentire, adeò vt cõburi videatur, quare & refrigerari desideret. Quarũ sentẽtiarum autores pleriq; haud immemores, tam in notis, quã in curationibus istiusmodi malis obseruandis extitisse, in sequentibus declarabitur.

Notæ. Expedita igitur præsentis morbi descriptione, cũ certis eiuscemodi causis, ad notas eius præsentißimas diuertẽdũ, quod eodẽ modo, & in alijs subsequẽtibus obseruabitur adfectionibus. Sunt autẽ earũ, quæ hinc inde ab autoribus potißimæ cõ-

geruntur, Syncipitis cõcauitas: itidem & oculi, cũ pallore: interdumq́; rubore. Quarum omniũ sigillatim ab autoribus productarum rationes in hunc inuestigabimus modũ. Concauũ in Syriasi fit caput, inquit Aegineta: Concaui itẽ & cũ pallore oculi: Accedit autẽ etiã totius corporis ariditas, ob fortem sine dubio calorem, quo capitis, oculorũ, & totius corporis exiccatio cõtingit. Oculi praetereà adficiuntur ex peculiari neruorũ cũ oculis cõmunione per neruos maximos, sibiq́; dispares, opticos dictos. Pallescunt oculi, & facies, & maximè quidem vbi eiuscemodi inflammatio biliosa fuerit. Rubescunt verò vbi sanguinolenta extiterit. Razis autoritate, nono ad Almanzorem capite 3. inquientis, Quando aliquem febris conclusa inuaserit, cum forti capitis, & oculorum grauedine, & in facie, atque in oculis vehemens fuerit rubedo, & capitis dolor, & luminis horror, & in pulsu Nerui optici.

velo

Phreniti- dis signa euidentis- sima.

velocitas, & frequentiæ superfluitas inueniantur, signa phrenitidis certißima iudicabuntur. Quòd verò dolor gutturis etiam pertingat, hoc ex neruis conuersiuis à cerebro ad guttur, imò & ad os stomachi pergentibus accidit, ita vt & istius dolore, huius quoque oblædatur os, iuxta autoritatem Galeni in libris locorum adfectorum inuentis. Ventriculum ex capitis adfectione oblædi, atque è diuerso itidem fieri, ex neruo à capite ad os ventriculi prorumpente, eoq; id magis sensile cæteris omnibus membris reddi. Huiuscemodi licet Symptomata omni ætati ingruant, grauius tamen puerili incumbunt ætati, quòd illa scilicet citius cõtabescat ob caliditatem & humiditatẽ: quæ corpora faciũt facilius defluere, atque extenuari, iuxta Galen. in Hippocrat. Aphoris. lib. 2. Aphor. 28.

Notæ pro gnosticæ.

Hoc malum plurimum in triduo decumbentem interficere Auicẽna tradit, quod

quod temporis interuallũ si æger superarit, salutis tunc spẽ dedisse: proculdubio ex autoritate D. Hippocrat. Aphoris. lib. 7. Aphoris. 51. Vbi recitat, quibus cerebrũ sphacelatum, id est, corruptũ est, in tribus pereunt diebus: si verò hos euaserint, sani fiunt. Velox enim, inquit Galenus, in ipso cerebro fit mors, propter paßionem partis principalißimæ grauißimã existentem. Quæ si in tribus primis diebus non anticipauerit, sed ad diẽ vsque quartũ protrahatur, super morbi declinatione tunc sperandum esse: quia vires sint adeò fortes quòd ipsum omnino peruincant morbum.

Succurrere huic malo potißimũ refrigerantia, humectantiaq́; autores decernunt: quemadmodũ Paulus docet syncipiti cum rosaceo luteum oui pigmenti modo imponere, quod nostri hactenus vitellum oui, siue rubrum appellauere. Hoc enim dolorem cõpescere, materiã cõcoquere, nonnihilq́; discutere. Sic Dioscor. lib. 2. Cap. Curatio.

44. Oui luteum tostum, additis rosaceo, & croco, oculorum doloribus admouet. Prætereà eidẽ loco, caluariæ scilicet puerorum Paulus cõuenire docet herbã, quam Græci Heliotropium, Latini solarẽ nominent: de qua in Scholijs super lib. 1. Æginetæ copiosam fecimus mẽtionẽ. Item & cucurbitæ ramenta, quasi refrigerantia, & humectãtia, materiã biliosam Phlegmonis cõcoquentia, & ab ardore reprimentia, somnũ cõciliantia, febrẽ cõpescẽtia. Similes & cucumeri, peponem vulgò dicti, facultates adscribit. Itidem Solani hortensis cũ rosaceo imponere cremorem, præcipit, quod Schola nostra Solatrũ vocat. Cuius quatuor à Diòscor. in lib. 7. exponuntur genera, quare omniũ ad refrigerandum obseruatur vsus, sed quòd hoc hortense præsenti maximè cõpetat casui. Eodem enim, inquit Dioscor. insperguntur, addito rosaceo infantes in capitis ardore, quem Syriasim dicunt.

Heliotropiũ solaris.

Cucumis Pepo. Solanum. Solatrum.

Quot

Quotquot illorũ medicaminũ huic malo adponantur, semper hoc meminisse hîc iuuabit, vt adsidua mutatione renouẽtur, ne ex longa adpositurae mora calescãt, exindeq́; calefaciãt, quod tamen omnino esset contra praesentis curationis institutũ.

Nos verò ex recentiũ Medicorũ vsu herbis, siue succis frigidis, & humidis, in praesenti casu vsurpamus, veluti melonis, citrulli, cucurbitae. Hinc nonnulli cucumeris accipiunt partẽ dimidiatam, & capiti superponunt, quòd infrigidet, & humectet. Atqui in morbi principio adhibent, quò materiam cũ frigiditate protrudant. Aut oui album cũ aqua, & oleo rosarum accipiunt, quae cũ molliore lana, siue lineo panno conficiunt, capitiq́; imponunt. Vel solani & cucurbitae, & citrulli succos, & oleum rosarum cõmiscent, eodẽq́; pacto, & quasi tepidè administrãt. Quibus iam dictis & portulacae liquorem aliqui adiungunt. Canon notatu dignus.

Morbus secundus, Phlegmon cerebri.

Morbi descriptio. Tumorum omniũ origo.

ACcidunt interdum in velaminibus, inquit Auic. lib. 3. Capi. 11. Tract. 3. Fen. 1. quæ sunt extra caput aperta calida, & frigida. Perspicuum nõ est, tumorẽ omnem aut ab humoribus, aut à flatuoso fieri spiritu. Si ab humoribus aut calidũ, aut frigidum, aut mistũ fieri. Calidũ autẽ à sanguine bono esse, & φλεγμονὴν, à Græcis, à Latinis Inflammationem dici. Aut à bile, & feruenti, vel tenui sanguine: vel sanguine, & bili calidioribus, quem illi, ἐρυσίπελας, hi ignem sacrũ vocent. Frigidum verò à tenui pituita, quẽ illi, οἴδημα nostri laxum tumorẽ, Auicẽna Vndimiam nominant. Vel ab atræ bilis humore, siue à crassa, & tenaci pituita, illi σκίῤῥον, Latini duriciem, Arabes Sephiros nuncupant. Istius modi adfectũ sub caluariæ velamentis, siue membranis extraneis fieri Auic. intelligit, diuerso

Erisipelas. Ignis sacer Oëdema. Scirrhus. Duricies. Sephiros.

modo

modo à superiori, qui in interioribus, hoc est meningis ipsius cerebri contingebat. Binæ autẽ caluariæ sunt mẽbranæ, quarũ vna cutis est quæ caput integit, omni carens sensu, quum ibi nulla interposita carne oßi adhæreat, craßior tamen natura, qua maiori quasi radice capilli nitantur. Altera verò sub cute membrana, qua caluariam extrinsecus velat, pro tegmine à natura cõstituta, vt Alexan. Benedictus in Anatomia sua recitat, quo alio etiã velamento caluaria illæsa seruetur, quæ magnã etiam cũ interiore mẽbrana germanitatẽ gerat. Sub eiuscemodi itaq; velamentis aliquando apostemata contingunt calida, vt phlegmones, Erysipelas: Frigida, vt Scirrhus, Oẽdema.

Caluariæ mẽbranæ duo.

Ante causarum verò istiusmodi morbi cognitionẽ, tum aliorũ quoq; adfectuũ in sequẽtibus enarrandorũ, prius Guilielmi Placentini ex recentioribus haud pœnitendi medici, dogma vniuersale in chi

Causæ.

Morborũ causæ quatuor, à causa extrinseca prouenientium.

rurgiæ suæ exordio exactißimè perpendendum. Quatuor, inquit, sunt quæ ex neceßitate eueniunt, quum membrum aliquod ægritudinem aliquam incurrat à causa videlicet intrinseca, vt sunt apostemata, & id genus alia. Primum est materiæ alicuius, siue humoris præsentia, in corporibus hominis, qui non sit idoneus, vt in nutrimentum membrorum conuertatur: siue ob eius multitudinem, siue propter eius maliciam. Secundum est robur, siue imbecillitas membri impellentis. Tertium est membri imbecillitas, in quod ægritudo incumbit. Quartum est meatuum atque receptaculorum, siue viarum ad humorum transitum cõuenientia, vt de vno ad aliud permeent membrum. Quorum ipse meminisse vult in primis, in omnibus à causa interna proficiscentibus, adfectionibus, veluti hîc videre licet, in causarum, præsentis casus, dignotione. Humores, inquit Auicen.

cen.alij, & non solum humiditates illæ aquæ (de quibus alio fit sermo) causæ sunt istiusmodi apostematum. Quasi diceret, qui ad loca inter caluariam & cuticulam perfluant, siue ex violento compressu, siue ex alijs causis (vt ex Placentino intelligimus) quibus membra huiuscemodi recipiant humores. Quorum omnium in morbi descriptione satis absolutam fecimus mentionem. Nunc verò ad signa diuertendum.

Cuticulæ color in hac adfectione immutabitur à natiuo videlicet colore, quia materiam humoris delinquẽtis, siue calida, siue frigida sit colorem inuariare quis dubitaret? Præterea tactus fit diuersus, & à natiuo longè alienus, quum frigidius, plus iusto percipiatur. Ad hæc manus adpositio, & compressus in locum adfectũ fit difficilis, atque cõtumax, cũ re luctanti humorum ab interioribus cranei ad exteriora eductione, ob humorum Notæ.

tenacitatem, vel membranarum exteriorum in quas, vel sub quas permeare deberent. Porrò mordicatio hîc sentitur, potißimum tumore hîc existente feruido.

Notarum differẽtiæ inter calidos, & gelidos tumores.

Tactus qualitatũ attingẽdarum index infallibilis.

Amborum autem tumorem qualitate scilicet calidorum, & frigidorũ, certis inter se dignoscuntur indicijs: sicut à tactu, qui indubitatus qualitatũ attingendarũ index existit. Quòd enim tactu calidum esse percipitur, id esse calidũ dijudicatur. A colore verò, vt quod cute tenus est ruffum, siue spiceum, caliditatẽ inesse, repræsentat. Quod autem album, siue fuscũ, siue plumbeum, frigiditatẽ. Itẽ ab his quæ tumori vel cõferant, vel noceãt, indiciũ suæ essentiæ sumendũ est: nam ille calidus esse discernitur, qui à frigidis refocilletur: à calidis verò oblædatur: & sic è diuerso.

Simile suo simili adpositũ furiosius reddit.

Siquidem simile suo simili adpositum furiosius ipsum reddit: præcipuè in adfectionibus intemperatis. Peculiare tum est, atque commune hoc vtriq; tumori,

per

perpetuumq́ indicium dolor: scilicet ipsius caluariæ cōpreſsiuus, quem planctus, horrorq́ ipsius decumbentis vbi tangitur, indicant.

Meminisse præterea hîc oportet verborū Æginetæ. li. 3. de arte medēdi ca. 6. indicantis, tanta sæpenumero inflammatione cerebrum opprimi, atq; in tumorem etiam adeò attolli, vt testæ comissuræ in capite distendantur, dispalenturq́: qui dolor omniū ferme grauiſsimus sit & diuturnus quem ingens quoddam fastidium comitetur: rubor multus in vultu cum tumore eluceat, oculi proterui, & exerti reddantur, caput deniq; in molē sese attollens intumescat. Ad hæc, oriri in cerebro quoque Erysipelaten, quē Latini sacrū ignem vocent, cui malo obnoxios eiusmodi pati Symptomata: caput enim vniuersum adfici, vt quasi flamma totū occupet, videri: vultū verò gelidū, subpallidūq́ apparere: os verò omnino arescere. Hæc Æginéta.

Æginetæ verba.

Erysipelas ignis sacer dictus.

Ex quibus malis quid portendatur incommodi haud oscitanter dispiciendum.

Prognostica. In tumoribus capitum infantium dignoscendum est, an materia sit copiosa, anne ab externis ad interna membris contumaciter sit protrusa: quòd si ita se res habuerit, letale & perniciosum erit. Sunt equidem infantis membra adhuc tenera eiusdemq́; facultates, siue vires imbecilli, defluxioni, extenuationiq́; maximè obnoxij, ob nimiam eius quasi recèns inchoati operis mollitudinem.

Curatio. Totius curationis modus statuitur in eo quem de reliquis ipsius capitis siue calidis, siue frigidis, autores posuerunt apostematibus, vt in phrenitide: dempto hoc, quod hîc leuioribus tantummodo opus sit medicamētis, ob loci adfecti viciniam & præstantiam. Cauendum itaq; hîc, ne eiusmodi materia nimiū detrudatur, aliâs mox vel cerebrum & gulam obsessura. Discutientium porrò medicaminum

satis

satis sufficienter gessura vices fœnogræcum, & chamæmelū. Sunt qui retroactionem materiæ omnino in vniuersum interdicāt. Aduersus inflammationes capitis, quæ phlegmones dicuntur, Aegineta embrochas cum cataplasmatis, tum humectandi, tum maturādi facultatum habentibus vtendum esse persuadet. Erysipelati autem frigorifica cum in primis & intrepidè exhibenda.

Repulsio materiæ peccantis interdicta.

Morbus tertius Hydrocephalon, hoc est, aqua extra craneum Auicennæ: Apostema verò intercutaneum Haliabbati.

Morbi descriptio.

Congregatur interdum, inquit Manardus epistol. medicinalium lib. 7. Epistola secunda in capitibus præsertim puerorum, aqua in medio aut cutis & pericranij, aut huius, & ossis: ὑδροκέφαλον Græci vocant, Auicenna aquam extra craneum: Haliabbas apostema intercutaneum. Sic Galenus aquam in ca

Hydrocephalos aqua extrà craneum. Apostema intercuta-

neum Tumor mollit in capite. in capite extra craneum interdum esse admittit, tunc quoq; tumorem apparere mollem. Aut quandoq; sub craneo consistere, neq; tum foris comparere. Aut quandoq; vtrobiq; inesse. Qui vero intra craneum constiterit, hunc quidam exponũt, aut sub craneo consistere, videlicet supra meningam, duram à Barbaris matrem vocatam. Huiuscemodi morbũ nequaquàm fieri, neq; inchoari nisi in recèns natis puerulis. G. Placẽtinus admittit: nempe quòd ex causis istius morbi optimè pensiculatis, rem ita se habere, certius constet.

Mater dura.

Causæ. Ex quibus manifestißimè liquet, istiusmodi congregationis aquæ causam in capite infanatiũ, plusquàm in alijs membris, nisi quòd interdum intra, interdum vero extra caluariam potißimùm reperiri. Cuius quidem rei idem Placentinus in libro. I. suæ Chirurgiæ, capi. I. duas inducit causas. Primam scilicet respectu aliorum membrorum immensam capitis capaci-

tatem. Alteram verò infantis in vtero materno posituram, qua capite inclinato propendeat: quare facilius ad eum aquea humiditas defluat, ex mensibus retenta suspēsis, quam nec mater ipsa, neque puer conuincere, seu corrigere potuerint, sed tantummodo istiusmodi materiam retrudere capitiq́ infantis demandere. Ad quam quidem operationem proculdubio & causæ superius ex eodem autore citatæ, nonnihil adiuuant, eandemq́ efficaciter promouent. Constat enim iuxta eundem autorem infantem vtero, & renibus maternis communicari, atq; ex venis vteri tum hepate matris, sanguinē, ministerio vmbilici, nutrimēti gratia, ad iecur suum pertrahere: ob faciliorem itaq; attrahendi dispositionē, occasionemq́. Ventrem præterea infantis, eiusq; partem anteriorem circa renes mulieris collocari, qui manus super genua teneat occlusas, vt capite propenso super manus, in concauo oculorum

Causæ duę iuxta Placentinum.

Infantis in vtero materno positura.

lorum manus occultentur, naribus, inter duas manus consistentibus. Quibus facilè materiæ confluentis spontanea promptitudo in caput infantis deriuetur.

Causæ aliæ.

Sunt autem qui istiusmodi duarum causarum Gulielmi sententiæ refragentur, tanquàm improbabili, quum venter ipsius infantis multum sit capacior, decliuiorq́; ipso capite, ad quem potissimùm eiusmodi materia rapi, deberet. Ob quam rem alias tres eiusmodi aquæ in capite coaceruatæ adducũt causas. Primam videlicet ipsius membri, scilicet cerebri naturam, tanquàm humidi, & aquei, inter reliqua nostri corporis membra, præcipuè verò in exortus initio. Alteram verò tegumenti sui imbecillitatem, hoc est, ossis siue craneæ, unde humiditates non tam facilè exhalare possint, neque in vaporem mutari, sed potius retineri. Tertiam vaporum adsignant prouentum ad ipsum cerebrum, qui tum ibidem ex frigiditate

tate coaceruati in aquam conuertantur, vt ex Aristotelis verbis lib.2. de partibus Animalium, Cap.7. liquidò deprehendatur recitantis, Fluxiones etiam ob eam rem ex capite oriri, in ijs corporibus, quibus cerebrum sit frigidius, quàm temperamentum postulet. Quum enim alimentum per venas sursum respiret, vbi excrementum ob eius loci vim refrigeratum sit, fluxiones pituitæ, sanieiq́ue moueat: quod simile generationi imbrium euenire, intelligendum sit, quod magnum conferre cum paruo liceat. Cũ enim ex terra vapor exhalet, efferaturq́ue in sublime à calore, vbi supremum aerem subierit frigidum, consistat denuo in aquam, propter refrigerationem, atque in terrã defluat. Hactenus Aristoteles. At Auic. Capi.11. Canonis.3.fen.1. Tract.3. Aquæ cõgregatæ extra craneũ hanc importat causam, obstetricis scilicet malè & inconcinnè caput infantis tractantis, Auic. causę.

com

componentis, effigiantis, siue fingentis, comprimentísve: quare ob futurarum reclusionem, venarum oscula reserentur, ad quæ deinde aqueus ille latex sub cuticula decurrat. Cuius autoritate nonnulli permoti, alias tres aquæ extra caluariā corriuatæ inferunt causas videlicet facultatis expultricis cerebri potentiam, retentricis verò impotentiam, atque aquei nutrimenti copiosam administrationem, quæ facilè tum capiti inter cutem, caluariámque surrogetur. Hæc de Causis.

Notæ Aquæ coaceruatæ intra caluariam notę.

Signa congregationis aqueæ in capite intra caluariā, vbi scilicet membranæ dura mater vocatæ adhæserit: sunt grauedo, quam infans facilè explicaret, si verbis exprimere posset. Oculi præterea difficilis & quasi impoßibilis occlusio, quare oculis adapertis in vnū tantūmodo intuentur locum. Oculorum præterea lacrymæ ex resudatione illius aqueæ materiæ ad ipsos deriuatæ. Porrò & capitur

ma

magnitudo insueta, ut aliquibus videtur, respectu colli, reliquorumq; membrorum.

Aquæ coaceruatæ sub caluaria notæ.

Signa vero eius sub caluaria, hoc est, sub membrana, pia mater vocata, consistentis, sunt oculi prominentes, & rubei, & dolorifici. Ex causa enim immensæ repletionis prominēs, ex vaporibus verò calidis ad oculos confluentibus rubent, ab exilibus verò, subtilibúsque dolitant. Delirium nonnulli adiungunt, quòd ex inordinatis, & varijs ipsorum infantium dignoscitur actionibus.

Notæ verò istius quæ suprà caluariam consistat, sunt caluariæ depressio, vel ex materiæ oßi incumbentis grauitate, vel quod comprimendo locus ille adfectus, relicta fouea, tactui facilè cedat, ob quam rem & Gal. hoc apostema molle esse ad tactum indicat. Præterea & fletus infantilis ob læsæ particulæ nocumentum. Item & vigiliæ ex fletu, & oblæsione ac suborientes. Similiter cuticulæ co-

lor nō mutatus, aqua enim minimè veluti alij solent humores cutim inficit, coloresq; subinde inuariat. Cuticula autem istiusmodi aqua comprehensa, nonnihil in fastigium attollitur: aqua enim dum sit subtilis, exilisq; substantiæ, facillimè erumpit, & ad cutem foras se diffundit.

Prognostica.

Verùm si huiuscemodi aquea collectio intra caluariam contineatur, Auicennæ decreto minimè curabitur: medicamenta enim istiusmodi aquam egerentia, infantes adhuc tenerrimi, mollesq; existentes ferre non possunt: neq; alia medicamentosa remedia caliditatem aliquam præ se ferentia, quibus materia ipsa peccans absumi debeat. Sunt autem quidam qui ex materiæ eiuscemodi in cerebro consistentis malicia, curationem hanc nequaquam attentandam esse velint. Quamuis è diuerso reperiantur, qui cauterijs, osse tamen capitis non perforato, atq; medicinis diaphoreticis hoc malum fuisse curatum, vidis

dissese attestentur. Quod tamen in pueris experiri velle, cum cautione non parua, id admoliendum esse commonemur.

Haud minus hîc diligenter obseruandũ esse, an huiuscemodi aqua fuerit copiosa, aut ab exterioribus ad interiora violenter detrusa: quod quidẽ immedicabile plerumq; foret malum, ob ingẽtẽ in cerebro maliciam. Nec minus vbi infantes aquea istiusmodi collectione laborantes, spasmum inciderint, perniciosum fore, quòd ex redũdantia neruis communicata eueniat: ob læsionem non paruam quæ in principio fit neruorum, videlicet cerebro, quare ex huiusmodi spasmo exitium portendi.

Curãdi ratio in tres diuiditur partes, scilicet diætã, potionẽ, & chirurgiã. Diæta verò nutrici est iniungenda, ne humectan tib. vescatur: aẽrẽ in habitet siccũ boreali flatui obuiũ: aut aẽrem lignis contemperet aridis: nõnihil meditabũda et anxia, Curatio. Diæta,

vigilijs, dimotionib. frictionibus, capitis pectinationibus, balneis arefacientib. fatigata indulgeat. Cibis verò exiccantib. veluti aßis, siue frixis vtatur. A potu abstineat: famen sufferat, redundantiarum molem egerat.

Potio tribus consideratur modis.

Potionis verò ratio tribus dimetienda erit modis, videlicet exinanitione, resolutione, & cerebri confortatione, ne materia regignatur. Exinanitione innumeris fit modis iuxta ipsius corporis euacuationẽ indigentis neceßitatem. Semper tamẽ hîc memoria tenendum aureum Hippocratis dictũ: Digesta medicanda esse, cruda verò minimè mouenda. Quo facto deinde facilius ad alios exinaniendi modos pergendum erit, qui sub forma vel sternutamẽti, aut emplastri, aut Gargarismatis, aut caputpurgij alicuius à medicis moliuntur. Quorũ omniũ paradigmata ex serie ponere non libuit, quũ hæc in periti, & exercitati medici industria, iuxta delinquẽtis

Exinanitio quot fiat modis

Hippocratis dictum aureum.

cor-

corporis naturam ſolummodo ſint ſtatuenda. Sternutamenta autem hoc in caſu optimè ex eiuſmodi componi medicamentis traditur: ut ſunt gruis, vel vulturis fel, caſtoreum, ruta ſylueſtris, macis, crocus, omniũ ſimul æqualibus partibus ſumptis, & cum ſaccharo ſubtiliſſimè trito, deinde cum pſillij viridis ſucco incorporatis, impactisq́ in formam granorũ letis, quibus induratis, ſiue ſub umbra deſiccatis, omni die vnũ in aqua roſarũ maceratum, naribus infantiũ per dies tres inſtillaretur. Eiuſmodi enim ſternutamentũ à medicis ipſis puerorum naribus toties intruſum, pro experimento quodam laudabili habetur. Ad hoc emplaſtra etiam hîc conferentia ex ſemine naſturtij in aqua agitato conficiunt, in qua demum linteolum madefaciunt, atq; capiti adponunt.

Sternutamentũ nobile & expertum.

Emplaſtra

Reſolutio cũ diaphoreticis fit medicinis quæ vel in forma linimẽti, ſiue emplaſtri, ſiue embrocharum adminiſtrantur. Sic

Reſolutio, & cũ quibus fiat medicamentis emplaſtrũ.

quidam accipiunt origani, calamenti, sauinæ, sticatos, serpilli, gallarum cupressi, æquè drachmas duas, cinnami, nucis odoratæ, corticum citri, macis, singulorum drachmam vnam, ceræ vncias tres, oleorum de lilio, de costo, æque semunciam, succi maioranæ drachmas duodecim: & tali modo concinnant emplastrum. Aqueæ quandoquidem coaceruationi (nisi supra modum & plus iustè copiosa foret) eiuscemodi diaphoretica, more emplastri adhibita, solummodo mederi posse, autores concedunt: nisi quòd nonnulli fortiora quædã suprà dictis designant vt sunt: aristolochia, lupinorũ farina, & id genus alia. Cerebri autem confortatio, ne materia repullulet, cum odoramentis exiccatorijs, & cerebrum ex calefacientibus fieri solet, musci, rutæ. Itidem cum electuarijs & confectionibus, vt sunt diacorus, plirisarcoticon Nicolai, theriaca, mithridatum. Sunt qui odo-

Odoramentum.

ramentum in hunc conficiant modum: adcipientes castorei, rutæ siccæ, parteis æquales, & cum glutino tragacanthæ pomum odoriferum conficiunt. Quanquam omnia odorifera per se, & simplici modo administrata, compositorum odoramentorum gerere vices satis abundè valeant.

Chirurgia secundum antiquiores, autoritate Placentini, istiusmodi absoluitur medijs. Nã quidam ex capite aquam secernere studẽtes, incisionẽ, inquit, instar lineæ in parte anteriori capitis, hoc est fronte moliũtur, vbi ossa in quibusdã pueris nõ facilè, nisi prolixiori tẽporis interuallo, coalescãt. Alij verò eiuscemodi incisiones sub forma triangulari admoliantur. Alij in modũ crucis incidant. Alij incisionibus istiusmodi inhiantes in parte aliqua decliuiori id imitantur, vel in parte capitis posteriori: vt quocunque modo liceat aquam ipsam faciliori modo effluere Chirurgia Incisionũ modi varii & diuersi.

omnes prætereà in hoc conuenire, vt inci sione peracta, ne aqua omnis in vniuersum simul, sed sensim certisq; moræ inter positæ interuallis egrediatur. Quã quidem curandi rationẽ ipse non adprobare poßit, nec velit, dummodò neminem sua ætate, eiusmodi curandi ratione attentatum, eua sisse incolumen, viderit. Nanq; solum infantes, dũ constet, & recèns natos, plerũq; huiuscemodi laborare malo, quo minus fieri vt hac incidẽdi forma, pueri adhuc imbecilles, & molles feliciter curentur. Se autẽ vidisse puerum, idem adserit author nullius Medici auxilio, sed ipsius naturæ opera, itaq; per tẽporis diuturnitatem curatum fuisse, multosq; adhuc dies superstitem fuisse. Ex quo quidẽ naturæ ipsius instinctu, in puero isto tantũ naturali auxilio curato, ipse tandem edoctus sit, in eiuscemodi affectus medela, paulatim exiccatorijs medicamentis, etiam diuturnitate temporis adhibita, agendum esse.

Historia.

Experimẽtũ a ratione naturali inuentũ.

Quod

Quod quidem ipse demum expertus sit in alio quodam boni amici puerulo: cuius primum inungere caput vniuersum exordiebatur, cum oleo chamæmillino, & sulphure, in hunc modum commistis, & præparatis. Acceperat enim olei chamæmillini vncias quatuor, sulphuris vnciam vnam, quibus commistis bis in die pueri caput calidè oblinebat. Quo facto lanam calidã & siccam capiti superponebat, vel pannum de lana calida, & sicca, & ab istiusmodi instituto per integri mensis spacium non desistens, donec natura non parum confortaretur, euincendo morbum, humiditatem ipsam euidentißimè exiccabat, Innotuerat verò humiditatem illam inter caluariam & cutim exteriorem consistere, quare fortioribus innitebatur medicamentis: adhæc præscitum est, membra huiusmodi robustiora, confirmatioraq; esse. Ob quam rem adurentium quippiam medicamen-

Caustica medicamẽta, fortia, & potentialia.

torum (quæ Καυστικὰ dicuntur) nequaquàm violentorum, sed vt ipsi vocant, potentialium: adfectæ parti, hoc est, anteriori capitis, id est, frontis admouebat, cui quoq; id imprimebat vsq; ad aquæ coaceruationẽ, quo facto, ocyßimè hæc promanabat. Addidit post hac duo adhuc alia caustica auxilia in parte posteriori, ex quibus eodẽ modo destillabat aqua, semper adiungens olei superioris vsum, donec ex radice, vt ita dicam, ipsa desiccaretur aqua. Quibus medijs, sub dimidij spacio anni, puella ista ad vnguem sanitati restituta. Cauebat autem ne ex istiusmodi causticis medicamentis, aqua vniuersim, sed tantùm destillando efflueret. Circà eam autem quæ intra craneum atque membranas cerebrum amplectentes contingentem aquæ collectionem maiorem innuit cautionem esse habendam, ob virtutis scilicet imbecillitatem, & caustici medicamẽti impreßionẽ, et aquæ prope cerebrum

Caustica sensim adhibenda, & interquiescendum.

brum propinquiorem viciniam. Quam ob rem sternutamentorum, Gargarismatum caputpurgiorum, superius enarratorum, vsum in nutricibus potius, quàm in ipsis infantibus admoliendum esse.

Morbus quartus Emphysema, Paulo, Inflatio capitis, Auicennæ.

IN superioribus ostensum est, tumorem omnem siue ab humoribus, siue à flatuoso spiritu progigni. De illo verò in iisdem locis nonnihil dictum est, de hoc autem in præsenti agendum est loco. Istiusmodi mali mentionem facit Auic. Can. 3. fen. 1. Tract. 3. cap. 11. quod etiam inflationem capitis puerorum nominat. Nos verò autoritate P. Æginetæ suffulti, ἐμφυσήματα, more Græcorum nominamus. Is enim lib. 4. De arte Medendi capi. 28. Emphysema disserit, à spiritu flatuoso, sub cute quidem aliquando, sub membranulis interdum oßibus circumfusis, vel musculos

Morbi descriptio.

Inflatio Capitis puerorum. Emphysema.

ambientibus, collecto, & coaceruato (quam inflationem Latinorum quidam nominent) gigni. Huc etiam adigimur. Manardi celebris medici autoritate li. 8. Epistolarum Medicinaliũ, Epistola. 3. contra Marcelli in Dioscoridis scholia inuecti, quòd perperam posuerit Emphysema in oculo tantũ fieri, quamuis eo vox oculorum inflationibus etiã accõmodetur, sed intelligi hoc debere in omni spiritu flatuoso, vel sub cute, vel sub membranis, quæ ossa, aut lacertos ambiant, contento.

Manardus medicus celebris.

Emphysema oculorum inflatio etiam dicitur.

Causæ.

Ea propter Schola nostra inflationem fieri capitis adserit à calore imbecillo, sub innumeris humiditatibus crudis, & viscidis velato, & suppresso, quas exuperare nequeat, actione ita tam infirma in eas operãte, flatus subinde suscitari: qui interdũ craneæ suturas infringãt, forasq; erũpãt. Adiuuare hîc Paulus ostẽdit cutis dẽsitatẽ, quæ spiritu non tam facilè perfletur cunq; hac, si crassarũ partium sit spiritus.

Si

Signa presentis mali communiora sunt, Tumor, & inflatio. Nonnulli his adiungunt illa quoque signa superius in secundo Morbo ex Auicenna citata. Notæ.

Quòd si pueri hoc malo laborantes alui fluore infestentur, malum id, exitiosumque esse Auic. portendit: quia eiusmodi materia ne dysenteriam importet, aut facultas pueri cõminuatur: quum facillimè resoluantur, præcipuè ex vigilijs, dolore, & febre, aliorumque symptomatum concursu, exactißimè prouidendum esse. Prognostica.

Curationis scopus, iuxta Aeginetam, est capiti raritatem inducere, spiritus crassiores extenuare, quæ quidem medicamẽtis, tenuium partiũ, calidæque potentiæ absoluãtur. Et nihil hoc nos remoretur Auicennæ in cap. 11. Can. 3. fen. 1. curandi per refrigerantia modus. Per medicamina enim ex ordine calefacientiũ flatus ipsos discuti, cur ipse idem autor in Can. 1. Fen. 3. Doct. 1. c. 3. edocuit & castoreo, ori- Curatio. Medicamina flatus discutientia.

ga

gano ſicco, cymino æqualiter commiſtis, & in puluerem redactis infanti in potu dari, in pondere granorum trium hordei permiſit? Proculdubio non aliam ob rem, niſi quòd flatus diſcutiant tam in ſtomacho, tam in inteſtinis, quàm in cerebro ipſo contentos. Haud diſsimili ratione Paulus in lib.1.de ſanitate tuenda puerorum peditus, flatusq́ cum cymino, anetho, apio, lanæ inſperſis comprimit, penitusq́ extinguit. Quod etiam & Razes in præſenti caſu obſeruauerat, calidarum virium adminiſtrans medicamina, vt ſunt, oleum amygdalarum amararum, & anetinum, & de Been. Et aquam maioranæ, infantium naribus immittere, iubet. Itidem & emplaſtra ex olibano, ſarcocolla, ſerapino, gummi amygdalarum capiti adponere, auſus eſt.

Item, & reliqua calefacientia, vt in ſequenti patebit capite. Quòd autem Auic. diuerſo huic modo ſuam exordiatur

Auicennę curandi modus.

tur medicationem, vt cum aqua hordei, quam lactantem potare præcipit, fortè magis symptomata mali, quàm ipsum morbum respicit, hoc est febriculam, quæ solet plerunque ex immenso doloris, & inquietudinis malo in puero progigni, quæ facilè ex nutricis lacte per aquam hordei refrigeratam compescitur. Simili modo, & alio symptomati huius morbi succurrit: nempe fluori alui, cum spodio, & semine portulacæ torrefactis, atque in aqua hordeacea epotis. Sic non aliam ob rem balnei interdicit vsum, ne in febriculæ æstum, infantem magis protrudat, adhibita viola refrigerata. In summa, si morbus omnis suo cõtrario est medicandus auxilio, & inflatio à spiritu flatuoso adiuuante ad hoc cutis densitate, vel spiritus craßitudine suboriatur, quis dubitat eiusmodi malum extenuantibus, & raritatem inducentibus, & calidarum potentiarum medica-

minibus adimendum esse? Deinde symptomata, instar umbræ corpus insequentis, mala, & suis certis, iuxta rei dispositionem, medijs propulsanda esse. Esto quòd quidam sint, qui hanc curationũ diuersitatem ita componant. Flatus scilicet duplici modo fieri: aut à calore imbecilliori in humidum tenuiter agente, & tum eiusmodi flatum progignente, atq; talem vaporis more exuscitari. Alium verò fuliginosum, turbulentumq; esse, & à calore nonnihil vehementiori concitari illi tum calefacientia: huic verò refrigerantia competere.

Ex flatu duplici duplicem curandi rationem oriri.

Morbus quintus, Capitis magnitudo immodica.

Morbi descriptio.

PVeros interdũ magnis progigni capitibus Razes in de Locis adfectis puerorum, & experimentorum libris indicat: atq; his editis eorum deinde capita supra legitimum naturæ mensuram denuo augmentari. Vidisse itaq; se puerum cuius

Historia.

caput in longitudine adeò adauctum sit, ut corpus hoc diutius ferre non poterat, atque in augmentando non desysse, donec puer decesserit. Quẽadmodum enim exiguum caput vitiosam cerebri suppellectilis constitutionem, autore Aegineta, indicat: itidem neque ingens bonæ cerebri cõstitutionis notam præ se feret. Namque ex hoc minimè, nisi ob insitæ potestatis robur, multam, ac optimam materiã fingentis eueniat, bonum vtique indicium habebitur. Nam quòd propter materiæ duntaxat copiam ingens fuerit, sine decenti figura, malum certè erit.

Ob quam rem Medici istiusmodi mali causas, vel aquæ colluuiem, de qua superius dictum est, vel flatuosi spiritus in capitis oßibus tumultuantis impetũ posuere. Causæ.

Quare nutricis caput cum Hieris magnis exinaniendum esse, Razes persuadet: victumq́ flatuosam materiam progignentem interdicit. Deinde verò pue- Curatio.

rorum naribus olea amygdalarum amararũ, aut de anetho, immitti, vel de been optimo: aut de aqua maioranæ docet. Quibus medijs si minus curetur puer, emplastrum ex libaneto, hoc est, thure, sarcocolla, & opo Cyrenaico, & gummi amygdal. capiti admouendũ esse, vult. Aut si nondum eiusmodi modo curatũ sit, nucis tũc putamen cũ testa pisere, atque in formam vnguenti reddere, præcipit, cũ modico thuris, deinde verò capiti raso, ad aliquot dies adplicandum. Nã huiuscemodi medicinam caput restringere, atque vt ad legitimam redeat formam cogere, idem pollicetur autor. Ad hæc puerorum naribus, vel lupi, vel cerebrum: itẽ myrrhæ modicum, vel ambræ intrudere, identidemq; quouis mẽse repetere iubet.

Morbus sextus, capitis vlcera, quæ Plinius manantia, Græci Achores, & Ceria, Auicenna Saphatum, nostri Tineam vocant.

IN capitis cute fieri vlcera P. Aegin. lib. 3. prodidit, quæ Achores dicantur, tenuissimis foraminibus cutem perforantia, ex quibus glutinosa sanies defluat. Hoc notum mali genus nostra ætate à tinearum in vestibus similitudine capitis tineas adpellari Marcellus protulit.

Morbi descriptio.

Achoræ.

Teneæ.

Veluti enim illæ multo, eoq́ tenui morsu, & erosione vestes perforent, sic capitis vlcera hæc cutem. Quod etiam Haliabas imitatus tineam hoc malum adpellat, attamen generali sub nomine (teste Manardo) quo non solùm achores, & ceria Græcorũ, sed & ficus, & Psydracia, & exanthema compræhenderit. Plinius verò, quãdo antiquitas huic malo nomen nullum adhuc repererat, à continuo saniei fluxu, manantia capitis vlcera nominauit. Sunt præterea ex neotericis qui hunc morbum capitis impetiginem vocent, quasi scabiem siccam, sub forma sphærica, atque asperam adpa-

Tinea.
Achores.
Ceria.
Ficus.
Psydracia.
Exanthema.
Capitis vlcera manantia.

rentem.

Capitis impetigo. Scabies sicca. Saphatū. Eminētiæ.

Hoc verò genus mali Auicē. Saphatum adpellauit, & esse de genere eminentiarum in cute vlcerosarum: quæ quidem in principio valde sint exiles, hoc est, in formicarum forma, vt quidam exponunt, adparētes. Ad hæc esse fixas, leues, & diuersas in positu: propterea quòd sint innumeræ. Quæ verò deinde vlceribus exulcerentur crustosis, quod quidem in temporis processu fieri, declaratur, propter materiæ acrimoniam: atque demum crustis obduci, ob materiæ siccitatem, tum craßitiem. Proindè eiusmodi pustulas ad rubedinem procliues esse idē prodit Auicenna, fortè ob sanguinis biliosi morsum, ad locum adfectum pellectum. Qua quidē ratione nonnulli persuasi, vt Razes, Saphatum maculas esse rubeas adfirmātes, quæ cum paruis fiant pustulis, atque pueris plerunque accidāt, tam in facie, quàm in capite. Hinc nonnulli Saphatum descri

Pustulæ rubeæ.

Maculæ rubeæ. Saphati descriptio.

ſcribentes, hoc ruborem in cute capitis eſſe definiebant, in quo innumeræ, & diuerſæ ſuboriretur puſtulæ, quæ denuo effringantur: quare locus exulceretur, ſæpiusq́ verò euaneſcant, & denuo iterum repullulet, & hoc tantũ ex malo cutis temperamento prouenire. Alij verò hoc malum rubedinis tantũ eſſe adfectũ in carne accidentem, pulmonis verò colorem in rubore referentem: ſed variũ, & diuerſum, iuxta materiæ ipſius hunc ruborem procreantis differentiam. Sunt præterea qui tineam verè dicant eſſe Saphatum, cutis ſcilicet cum cruſtis deturpationem, veluti cum glutinoſo cruoris fluore, & capillorum defluuio.

Tinea verum Saphatum apud quoſdam.

Porrò Saphatum in ſpecies duas Auicen. ponit: Vnam videlicet ſiccam, abſque cruſtis, & ſine cruore glutinoſo, alteram verò humidam, quam denuo in alias, ſubdiuidũt ſpecies. Vna enim eſt, vt Paulus recitat, quæ tenuiſsimis foraminibus

Morbi diuiſio, in ſiccum, & humidum.

Humidi sub diuisio. Achor. Cerium. Tineæ species alia apud Galenum.

cutem perforat, è quibus glutinosus excernatur cruor, quæ ἀχὼρ nuncupetur. Cui sanè haud dispar figura, & aspectu malum sit, quod κηρίον hoc fauum dicatur: quoniam foraminibus peramplis terebratum, mellis instar humorem contineat, quemadmodum in apum fauis detur liquidò cernere. Cæterùm adhuc vnum aliud hoc genus mali reperiri Galenus in lib. 1. decẽ Tractatuum adserit, quòd inter hæc duo sit quasi medium: quia neque foraminum admodum subtilium vt superior: neque adeò peramplorum, vt secunda in ordine comperiatur.

Tineæ species sex apud Haliabatem.

Hinc Hali. lib. 8. suæ Theoritæ, sex quasi species Tineæ ponit. Vnã, ex qua quidpiam instar faui emanet. Altera, in qua quidpiam simile granis ficuum cõtineatur, quæ sphæricæ figuræ sit cum rubore. Tertia, ex qua cruor effluat instar aquæ in qua caro sit elota. Quarta, quæ similis

exi

existat papillis vberum muliebrium cũ rubore aspersa, ex qua sanguinolẽtus profluat cruor.

Quinta, quæ lupinorum & formam, & colorem repræsentet, à qua quidem cortices instar squamarum candidarum, & aridarum decidant. Sexta, ex qua furfuracea defluant corpuscula, interdum minutissima, aliquando verò densiora.

Originẽ verò præsentis mali Aegineta ad nitrosam, salsamq́; pituitam refert. Hinc Guliel. Placen. lib. 3. capitu. 8. hoc malum aliquando cum vdis, aliquando verò cum aridis adcidere pustulis recitat: siue recens, siue per temporis diuturnitatem vtrumque euenerit. Illud autem ex pituita salsa nondum abundè adassata, aut ex sanguine quodammodo exassato cum bile commisto: hoc verò ex pituita ad vnguem exusta, siue ex sanguine cum bi- Causæ.

le iam quaſi exhauſta compacto, prouenire. Ex ſanguinis verò redundantia cum cutis humiditate hunc morbum accidere, Razes de puerorum ægritud. lib. atteſtatur. Conſtat autem apud vniuerſos Medicinæ profeſſores, iſtiuſmodi malum ex humoribus prauis, ſalſis, nitroſis, acutis, & erodentibus euenire: quæ interdum tenues, interdum verò craſſi ſint, aut ex vtriſque permiſti, vel in vtero genitricis ante partum progeniti: poſt ortum ex cibationis delicto adcumulati. Conſentaneum equidem eſt ex humiditate praua, acuta, erodente, ſanguini commiſta adfectionem iſtam produci, autoritate etiam Auicen. qui craſſos iſtiuſmodi humores per combuſtionem humiditatum illius exedentis in cauſa eſſe, adſerit: quo craſſum eueniat apoſtema: nempe tenuiori humiditate abſumpta. Namque craßiores eiuſcemodi humores, & prauos in capitis cute

exi

existentes, crassum gignere apostema, tenuiori scilicet materia foras protrusa, quis dubitabit? atque huiusmodi Saphatum tunc verè humidum adpellari. Siccioris enim succus atræ bilis in causa esse videtur, videlicet aridus, biliosohumori coniunctus, qui excretionem cute tenus promotam facilè adiuuat, istic tam corrumpentem, quàm crustis aridis arrodentem. Eiuscemodi itaque causæ hucusque recitatæ, in ipsius hominis corpore consistunt: quanquàm & extrinsecus causæ interdum nõnullæ eueniant, ipsum corpus vehementer alterantes, immutãtesq́; quas interim procatarchontas, interim procatarcticas, autore Gal. pronunciant causas: vt sunt res quas dicunt non naturales, è quibus potißimè in præsentiarum hæ duæ sunt cibus & potus.

Tineæ siccæ causæ.

Causæ procatarcticæ.

Notarũ istiusmodi mali indicia partim ex ipsius visus intuitu: partim ex correpti hac labe enarratione deprehen-

Notæ.

duntur. Nisi quòd Saphatum humidũ aliqui velint cum pruritu mordicãte exordiri, scalpendiq́; ardorẽ incitãte, vt demũ locus ille adfectus intumescat, adaugeaturq́;, & foraminibus terebretur, è quibus deinde cruor ille emanet, pediculationis plerũque, quã Græci φθειρίασιν dicãt, particeps. Ad hæc vermes sub crustis delitescere, vnde & abominabilem exhalare fœtorem. Quare Razes vulnera hîc parua comparere in pueris ait, ex quibus humor ille profluat, qui tum in capite, facietenusq́; cum pruritu expatietur, vnde pueri vigilẽt, plorẽt, plãgant & eiulent. Guliel. Placen. hîc aliã circa indicia fert sententiam. Nã inibi pustulas adparere eminentes, euidentesq́;, albas scilicet & rubeas recenset, è quibus sanies tũc in cõpressu destillet, sine tamen prurigine, cum rubedine verò non admodũ intẽta, ardore tamen & calore ibidem inexistentibus. Quam quidẽ notarũ differẽtiam ex ma-

Tineæ humidæ notæ.

phthiria.

teriarum illic delinquētiū varietate colligendā esse, in cōfesso est omniū. Nā si ex sanguine cōstiterit, locū adfectū cū rubedine, magis tamen sub obscura adfici: & calorē hîc excitari, cum dolore, & pruritu leuioribus, & cruoris fluore minori, nemo est, qui circa hæc hæsitet. Color enim loci adfecti, tum humor effluens super delinquētis materiæ essentia perpetuò dijudicant: veluti & præteritæ cibationis diæta in cibo, & potu siue in alijs, vel rectè, vel perperam obseruata. Equidem ex cutis colore, redundantem, vnde vitium proueniat, humorem esse coniectandum, Paulus lib. 3. capi. 1.

De arte medendi insinuat. Sic in Saphato, quod siccum esse dicitur, color croceus, viridis, & niger adparet, vnde nihil profluit, aut parum quidem, id quoque exile. Huic verò rubedinem inesse immodicam cum spiceo colore Gulielmus indicat, & cum pustulis paruis,

Cutis color humorem redūdantem indicat.

Tineæ siccæ notæ.

raren

rarẽter humorẽ reijciẽtibus etiãq; cõpressis, nisi quòd locus ille crustis sit plenus, pruritu vehementi, & rubedine adfectus.

Prognostica.

Quotquot sint Saphati species, omnes tamen in deciduum capillicium vêturas, nonnulli tradidere autores, inæquali tamen malitia, iuxta materiæ delinquentis, siue erodentis in sua dispositione differentiam. Proindè verò & in Alopeciam, tum ophiasim, & ad exulcerationem in cute, vsque ad carnẽ verti, potißimum verò vbi hoc inueteratũ fuerit.

Alopecia. Ophiasis.

Curatio.

Curationis prætereà in præsenti puerorum malo siue sicco, siue humido, medela omnis in nutricem ipsam, autore Raze, reijcienda. Hæc igitur autoritate etiam Aegin. melioris succi cibo vtatur, atque modis omnibus acri, acerboq; abstineat, præcipuè verò quando inflammatione locus adfectus correptus sit. Dulcia itaque hîc maximè negligenda, ne fortè materia biliosa in caput rapiatur. Itidem &

Tineæ ficcioris Diæta.

solis

solis, & ignis æstus euitandus, acetiq; vsus: tum portulacæ esus (vt quibusdam placet) non à suo temperamẽto, sed interna, & abstrusa facultate malo huic insidiantis. Hîc etiã fructuum comestio interdicitur, malis punicis demptis: item & lactis pisciculorum omniũ, ouorũ tã assorum quàm frixorũ obsonia omnia. Hinc etiam Auic. lib. 4. Fen. 7. Tract. 3. capi. 2. nutricibus diligenter inculcat, ne edulia immodicam dulcedinẽ sapientia esitent: potissimùm verò dactylos quasi materiã omnem ad cutẽ ipsam proritantes. Itidem & amarorem, acorẽ, salsedinem, præ se ferentia. At hîc tantummodo humectãtibus corpus, iusto tamẽ modo, refocillandum esse, vt sint balnea, & id genus alia. E diuerso tamen in humidiori agendum esse tinea, iuxta materiæ in humiditate peccãtis differentiã. Hîc enim exiccantia, vt sint turtures, aues syluestres, adassatæ, & paruæ, & alia quidem eiusdem

Dactyli.

Tineæ humidioris diæta.

dem generis conducere. Quum verò præsens malum ex humoris praui cōpressione, iuxta Gal. in 1. Meamir, eueniat, exinanitione nonnulla indigebit, facultate roboris (quod in pueris minimè) concessa. Hæc ratio est, quare Auic. venarum sectiones, vt in brachio, capite, fronte, iuxta aures admittat: vel sanguisugarum, siue cucurbitularum adpositiones. Pharmaca verò quibus siccæ tineæ humorem biliosum, & melācholicū, siue pituitosum, nitrosumq́, educimus sunt myrobalanorum, & Epithymi, cum aliqua aloës, & scammoniæ portiuncula adiecta decoctū. Haud dissimili modo & certa conficiuntur medicamenta, tineæ humidæ materiam elicientia, in communi vsu apud quosuis habita. Quamobrē fit, vt nonnulli puero, nōnihil adultiori intelligo, de Hiera quidpiam dare iusserint, per decem dierū spacium, iuxta facultatis, & ætatis in puero tenorem. Postremò & symptomatum,

Symptomatum curatio.

hec

hoc malum comitantium, non minima ratio est habenda. Ob quam rem Aegineta congruenti euacuatione peracta, deraso prius capillamento, bis, aut ter, aut multo sæpius aqua calida fouere locum adfectum adhortatur: in qua quidem elixata sit myrtus, aut rubus, aut lens, aut lupini amari, aut asparagi radix. At si multa vi ichores exernantur, locum illinendum esse cum folijs salicis, cum aqua, aut lenticula syluestri. Quem morẽ & nostri sectantes, frequentem capillitij abrasionem tam in sicca, quàm in humida tinea repetentes, nisi quòd in arida id subtilius admoliantur. Rasura verò peracta, aridã tineã cũ aqua decocti ex beta, fumoterræ, & chamæmelo, abluunt. Vdam verò cũ lixiuio decocti prædictarũ herbarum, cui & alia nonnulla medicamẽta adfectui siue humidiori, siue recẽti, siue vetulo admiscẽt. Haud impari modo Razes ca. 1. de puerorũ mor. capita puero-

rum

rum tundi cum psilothro, hoc est medicamento depilatorio, iubet. Deinde verò Atriplicis folia super poni uenenum illud quasi extrahentia: quo facto, sanitatem tam facilius restitui posse. Ad hæc vnguentum huiuscemodi capiti eorũ illitũ, valde conducibile esse. Adcipiãtur enim cerussæ, lithargyri, æquè drachmæ quinque: lixiuij de cineribus vitiũ, aut vrticarum, iuxta quosdam, drachmæ tres: olei rosacei vncia vna, ceræ vncia vna, qua liquefacta, cum oleo rosaceo, atque duobus ouorum luteis assatis, in formam vnguenti redigantur.

Psilothrũ.
Atriplex.
Vnguent. Razis.

Morbus septimus, quem Razes Fauum, Græci Κηρίον adpellant.

IN superiori loco ostensum est ex Paulo malum reperiri, Achori haud sanè dispar figura, & aspectu, quod Cerion, hoc est, fauum dicatur: maioribus tamen foraminibus, in quibus sanies melli similis,

Morbi descriptio.
Cerion fauus.

lis, instar faui contineatur. Hoc Gal. in suis diffinitionibus, si Galeni sunt, vlcus esse scribit contiguis terebratum foraminibus, ex quibus mellis craßitudine humor excernatur; quod quidē etiā in sua Isagoge, vbi de capitis tractat vitijs, tātū capiti adsignatur. Attamē Marcellus super lib. 1. Dios. cap. 14. infert, duo in vlcerum genere à Græcis numerari: ab apibus, & earū aluearibus inuēta adpellatione κυρίον, *scilicet quod fauū poßimus adpellare: &* μελικηρίδα *quæ à Latinis Græcè semper meliceris dicatur, facto ex melle, & cera nomine, quæ quidem duo mala à scriptoribus commisceri sæpenumerò adfirmat. Celsus enim li. 5. vtrumq; cōmiscet genus, nisi quòd alterum terebratū esse, alterum tunica subinuolutum admittat, ex vtroq; tamē craßitudine mellis, aut visci humorē fluere, & in toto corpore, præcipuè tamē in scapulis, et pectore vtrūq; nasci. E cōtra verò Meliceride in capite & reliquo cor-* Meliceris.

pore Gal. attestatus est. Quod & Pau. lib. 4. de arte medẽdi confirmat Melicerida scilicet tunica sua contineri tenuioremq́; ex ea quàm ex fauo humorẽ manare expressumq́; fluere, contra morem aliorum huiuscemodi vitiorum, abcessuumq́. Ex quibus proculdubio constabit, hæc duo mala ita inter se differre, quòd fauus contiguis sit terebratus foraminibus, meliceris verò in sua tunica claudatur, & inuoluatur. Conuenire autem quòd ex vtroq; mellis craßitudine, & colore, humor manet, & expressus. Qua autem parte corporis vtrunq; eueniat, medici adhuc tam Græci, quàm Latini certant, et adhuc sub iudice lis est. Proinde licet de achoribus & de fauis, quasi de cõgeneribus, in eadẽ parte malis, ab Aegineta, vt prius ostendimus, actũ sit: attamen eiusdem scriptoris autoritate permoti, qui in tertio libro, quàmuis hæc duo mala coniunxerit, in quarto de fauis & vlceribus

Faui & meliceridis differentia & conuenientia.

rib

ribus foraminosis peculiaria capita conscripsit. Itidem fecit & Razes, qui licet ambo mala ambas Saphati species esse senserit, attamen fauum crustosam esse tineam distinxit, de qua humiditas mala profluat fauo mellis haud absimilis.

Idq́ eiusmodi docet, notis deprehendi, quòd circa vlcera veluti squamæ adpareant: & quòd cutis scalpatur immenso pruritu, & quòd instar mellis emanet. Paulus verò tumorem esse ostendit pluribus & continuis in cute foraminibus terebratum, per quæ mellis omnino craßitudine humor defluat. Notæ.

Curationis modus superiori non est admodum dißimilis. Caput enim quotidie deradendum esse Razes docet, denuo cũ decocto mẽtastri maioranæ, Thymbræ hoc est, Satureiæ abluendũ, postea verò cũ sequẽti vnguẽto perlinẽdum. Accipiatur lithargyri, cerussæ æquè aurei duo: sulphuris, hydrargi æquè aureus vnus Curatio. Vnguẽtũ.

olei rosacei partes duæ, aceti pars vna: commisceantur, & cum oleo rosaceo, & aceto tandiu, donec in vnguentum concinnetur, cum quo caput manè & serò inungatur: cum decocto verò abluatur.

Morbus octauus, Vigilia.

Morbi descriptio.

INfantibus ac nuper natis puerulis nonnunquàm contingunt vigiliæ, teste Hippocr. li. 3. Aph. 24. quas tamen ipsis haudquaquam adsuetas esse, Galenus super eodem loco interpretatur, quòd maiori parte temporis dormiant. Sed fortè ob ipsam passionem fieri infantibus vigilias opinatur, siquidem somni abundantiam ipsis maximè secundum naturam inesse.

Vigiliæ ex passionibus oriuntur.

Dormire & vigilare penes Aristot. quid sit: Vigiliarũ.

Dormire aliquem deprehendimus, Aristoteles ait, quum exterioris sensus vsu priuetur, & officio. Vigilare autem discernimus, quando exterioris sensus fungitur officio sentitq;. Compertum tamen est, vbi vigiliæ modum excesserint, cere-

bri

bri bonam temperaturam corrumpi, sensus debilitari, virtutes consternari, cruditatem & inconcoctionem effici: atque demum corpus resolui. Somnus enim & vigilia, si vtraq; modum excesserint, autore Hippocrate, malum. Quare eiusdem & Auicennæ autoritate, infantibus vigiliæ accidunt, vt Can. 1. Fen. 3. Doct. 1. capi. 1. Ex quibus incessanter plorant, atque os indesinenter vagiendo mouent. Alludit his etiam Razes cap. 6. de puerorum morbis. 25. Experimentorum pueris vigilias accidere, in prima ætate cõtestatur, idq; ex lactis corruptione prouenire.

incõmoda. Somnus & vigilia modum excedentia malum.

Sunt qui huius mali culpam in alimentorum copiã & vitium, stomacho onerato reijciant, veluti P. Aegineta, quod sæpius vsu venisse & compertum esse idem affirmat. quasi ex istiusmodi vapores ad caput ascendant, vigilias, pauoresque prouocantibus. Quorum Symptomatum

Causa.

Nota.

notæ vnicuiq; ex ipsa re facillimè innotescant.

Progno- stica. Vigiliæ ex euacuantibus exiccātibusq; proueniunt. Conuulsio ex siccitate cum desipientia. Vigiliis tussis superuacaneus mala. Curatio.

Peßimam autem esse notarum illam, vbi in vigilia autoritate Hippo. Aphor: lib. 7. Aph. 18. Conuulsio, & desipientia, quia immensam siccitatem & facultatum imbecillitatem portendat. Constat enim ex Galeni verbis, vigilias maximè euenire, ex ijs quæ euacuent & exiccent, atque ideo conuulsionem ex siccitate facere, ac desipientiam, immodicæ siccitatis ratione ac præterea quia in longis vigilijs biliosior reddatur sanguis. Ad hoc in vigilijs superuacaneis tußim siccam esse malum, quia siccitatem membris spiritualibus inesse portendere.

Quo pacto autem huic malo succurratur, id circa nutricis nutriendæ diætam statuēdam autores posuere. Dictum enim est, hoc malum in primis ex lactis malicia pullulare. Quamobrem si ex alimen

mentorum quippiam copia, vel vitio, aut stomachi quidpiam redundantia delictum fuerit, id considerari debeat iustaque occasione abscindi. Razes verò in Experimentorum, tum de puerorum adfectibus libris persuadet, puerorum naribus, oleum violarum cum aceto inijciendũ esse, aut oleum anethinũ cum succo lactucæ. Deliniri præterea caput cum oleis prædictis præcipit: ita tamen vt in nutricis lac animaduertatur. Ad hæc Syrupum de papauere candido, pueris sub eclegmatis forma dari persuadet: tum frontem temporaque cum oleo, opio, & croco inungi. Atqui ex Auicenna in sua curatione intentionibus, quatuor à nostratibus deliguntur remedia, vsui nostro non parum competentia: nisi caput alicu ius pueri, in hac adfectione correpti (quod inprimis hîc obseruari debet) admodũ humoribus esse infarctũ comperirietur. Primum est, vt ex modica aqua rosacea, pa- Primum.

Remedia quatuor ex Auic. mutuata.

paueris capite trito, malagma concinnetur, quo cataplasmatis more frons oblinatur. Nam tritis, mollificatisq; papauerum capitibus iuuari hoc malo adfectos Aegineta consentit. Simili modo contra nimias vigilias, & vbi sopire opus fuerit, papauer nigrū emplastri modo fronti, & temporibus ex aqua impositum Dioscorides lib. 4. ca. 63. aperit. Nos verò iuxta vsum nostrorum medicorum, non nigro, sed albo vtimur, quasi nonnihil familiari ad somnum prouocandum remedio. Huius equidem semen & cortices terimus, & cum aqua rosacea, tum lacte muliebri, emplastri modo fronti & temporibus imponimus, quod secundi remedij locum obtinebit. Tertium est oleum de lactucis fronti, temporibus, tum vertici adpositum. Quartum, est oleum de papauere, eodem, vt dictum est, modo vsitatum. Ex quibus verò quatuor remedijs nonnulli huiuscemodi conficiunt compositionem

Secūdū papauer albū.

Tertium.

nem. Recipiunt enim corticum papaueris albi, & eiusdem seminis æquè semunciam, oleorum de lactuca: & de papauere æquè vncias duas, quibus seorsim tritis, commistis, & in modum vnguenti redactis, fronti, temporibusq; indunt. Sunt porrò qui tantùm pannum in lacte mulieris puerulum lactantis intingant, deinde fronti & temporibus imponant. Quibus etiã addũt, necessitate impellente, succos lactucæ, portulacæ, ἀειζώου, hoc est peruiui, cum modico opij, vel in decocto maluæ plantaginis minoris, cum populeon & oleis rosarum, tum violarum pannum intingunt: dein verò fronti, temporibusq; imponunt. Siue oleo violaceo cum lacte muliebri & oleo rosaceo, frontem cum temporibus vngunt. Cõpositio.

Morbus nonus, Somnia terrifica, pauores Hippocrati & Galeno.

INfanti somnia accidere terribilia in somno, Auic. Can. 1. Fen. 3. Doct. 1. cap. 3. Morbi descriptio.

innuit. Cuius etiam Hippocr. mentionem facit in Aph. lib. 3. Aph. 24. vbi ostendit in nuper natis puerulis oris vlcera, (quæ aphthæ vocentur) vomitus, tusses, vigilias, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates contingere.

Pauores.

Hoc malum Galen. super eodem, nunc allegato loco, pauores vocat, per somnum infantibus accidentes, & præcipuè ijs, qui sint natura edatiores, quum loca ad ventriculum pertinentia, sensu quidem vigeant, sed imbecillia existant, cibus verò corrumpatur. obseruasse se idem Galenus adserit, nō in tantillis solùm sed etiam in ætate perfectis, terribiles fieri per somnos imaginationes, quum multi, & vitiosi humores grauent, & mordent ventriculum, præsertim verò ipsius os, quod præcipuū habeat sensum. Cōstat præterea & recentiorum autoritate medicorum somnia eiusmodi ex nimia cibi redundantia euenire: quæ cum à na-

Imaginationes terribiles in somno.

tura

tura concoqui minimè poßit in ventriculo demum corrumpi, quòd malum tunc stomachus maximè sentiat, à cuius deinde potentijs sensualibus ad vires partium cerebri sensualium defertur, quatenus sunt imaginaria, siue phantastica. Nam cuiuscunque somnus paßio est particulæ, ad eandemq́ insomnium pertinere potentiam, Aristoteles Libro de somno & vigilia, Tract. 2. confessus est. Somnum enim partis sensitiuæ existere: igitur & insomnium sensuali potentiæ ascribendum esse. Ad hæc cum insomniũ imago tãtum quædã & phãtasma esse videatur. Rectè igitur sensualis partis existere, non quatenus sensualis sit, sed quatenus imaginaria, siue phantastica. In eandem sententiam & Galenus ferme disserit, in libro de somnijs, quem si voles, super huiusmodi re consulito. Somnus. Insomniũ.

Porrò quemadmodum somnus à cibis, teste Aristotele tanquam causa potißima Causæ.

pro

proficiſcatur, ita de ſomni cauſis ratiocinandum erit. Quum enim à cibo multus vapor, & corpulentus educatur ſurſum, illicq́; conſiſtens grauedinem parturiat, ſenſuumq́; languorem. Atque rurſum vbi is cor adobruerit, atque receperit, ſecumq́ue calorem repellens profundum gignet ſomnum. Idem prætereà capitis, & oculorum, & palpebrarum grauedinem facere, indicio ſunt ſomnifera vniuerſa, ſiue ſint eſculenta, ſiue poculenta, vt ſunt opium, papauera, mandragoræ, temetum, fatigatio multa, morbus, vt febris, lethargus, infantia. In paruulis enim recèns natis hæc plerunque eueniunt, quòd capita aliorum proportione membrorum, habeant maxima totius, multiq́ue (quòd illa ætate augeantur) alimenti capacia. Ob quam cauſam hanc ætatem morbo comitiali, hoc eſt, Epilepſiæ, aptiſsimam eſſe traditur, vt, in ſequenti videbitur adfectu.

Aetas puerilis Epilepſiæ obnoxia.

Hac

Hac fortè ratione Raz. huc fuit adductus, quòd somniorum mala sub Epilepsiæ capite in lib. de puerorum morbis complexus sit: vbi etiam omnem mali causam in lactis, vel alimoniæ illegitimæ ingestæ, à natura non satis concoctæ, sed potius corruptæ errorem reijcit.

Ex quo quidem incommodo sine mora in somno pauorem accidere, in vigilia verò calorem adcumulari atque ex ore infantis odorem fœtidum emergi, notarum huiusmodi certissima sunt argumenta. Nota.

Quo autem remedio huic succurratur incommodo. In primis curandum est, ne infans ventriculo adhuc infarcto obdormiat, sed potius aliquandiu hincinde gestetur: vt nonnihil interim vigili mente ludat, donec alimentum ab ore ventriculi descenderit: quo facto vapores, tum fumi copiosi cerebrum minus infligent. Ad hoc mellis nonnihil, vt lingat, Curatio.

puero propinandum, quòd sua extergendi facultate digerat, ad imaq; protrudat. Commoniti etiam à Raze dyapliris, vel dyamusti cum lacte in quãtitate granorum decem, puero administrare. Præcipuum quoq; in hoc casu iuuamentum esse, theriacam magnam cum lacte porrectam, ab eodem instruimur autore. Sunt postremò qui tantum cibi aliquid demere, doceant, & lingere mel instituant.

Morbus decimus, Epilepsia Græcis, morbus comitialis, Latinis, mater puerorum vulgò, Regius, ac diuinus Aristoteli.

Somni cũ Epilepsia cõmunitas.

DIctum est in morbo superiori, ex Aristotelis autoritate, ætatem puerilem Epilepsiæ obnoxiam esse: quem morbum idem autor recitat, ceu somno persimilem fieri: atque eiuscemodi malo

lo laborantes corruere, itaque cessante anima, & sensu dormire, videri: qua quidem ex causa huius morbi initium in somno esse. Præterea & nonnullos in somno hoc malo corripi, in vigilia verò nequaquam quòd multus sursum cum alimenti vapore in somno spiritus efferatur, qui reciprocans, spirituique alteri sursum alimentum tollenti obuians, venas intumescere faciat, animæ, & respirationis meatus occludat. Quæ quidem spiritus occlusio, strangulatio, comitialis, regius, ac diuinus adpelletur morbus. Conuenit ergo præsens superiori succedere malo, in ordine: atque Razem vt prius, meminerimus, ambo sub vno contextu, quasi congenera complexum fuisse mala. Comitialis olim dicebatur is morbus, quòd hoc correpti in comitijs maximè detegebantur: & comitia, quo die aliquis concidisset, teste Q. Sereno, interrumpebantur. Sed Græci vt

Strangulatio. Comitialis. Regius, diuinus morbus.

Comitialis morbus vnde dictus.

Epilepsia.

Hippocrates, & alij ἐπιληψίαν nominant: quem hactenus Schola nostra, quoad casum præsentem, Matrem puerorum vocitauerat: Græcis vero παιδίων νόσημα, id est, puerorum morbus dicitur, quòd is videlicet pueris quousque pubertatis ætatem pertingant, peculiaris est. Huiusmodi enim adfectum præcipuè pueris accidere, & lōgè frequentius recèns in lucem æditis, Aegineta tradidit: post hos verò adolescentibus & adultioribus, qui sint in ætatis flore: minimè verò senibus & decrepitis. Nihil hîc nos remorentur Razis, tum aliorum eius sequacium somnia, adfectum hunc nequaquam pueris à febrilis æstus inflammatione accidere, disceptantium: atque sic morbum istum distinguentium, quasi alius ab humore pituitoso proueniat, & id rectè quidem: alius verò à nimia ariditate, qui potius Spasmus, quàm Epilepsia dici, debet. Est enim

Mater puerorum Παιδίων νόσημα, puerorum morbus.

enim hic morbus in pueris verè Epilepticus dicendus, qui potißimum (vt in causarum explicabitur negocio) ex pituitoso, tum melancholico, sed rarius, eueniat humore. Atqui comitialis morbus, quem ἐπιληψίαν Græci vocant, conuulsio est omnium corporis partium non continua, sed per interualla quædam temporis facta, cum sensuum, & principalium operationum, rationis scilicet, & memoriæ oblæsione, ex crasso, magna ex parte humore, ventres cerebri obstruente, & transitum spirituum prohibēte, principio neruorum seipsum quatiente, ad expellenda, quæ sunt sibi molesta. Hanc quasi epileptici mali absolutißimam finitionem Ioan. Manar. epistola medici. libro 13. epistola 6. composuit: quum alij tantummodo epilepsiam dicant, totius esse corporis conuulsionem, non sine nocumento principum effectuum.

Epilepsia verè morbus est puerorum.

Epilepsiæ finitio vera.

Causæ.

Morbi autem huius videlicet Epilepsiæ puerilis causa est duplex, autoritate Razis capi. 7. de puerorum adfectionibus libro.

A temperaméto cerebri innato.

Aut enim ex temperamento cerebri ingenito, sed improbo, scilicet frigido & humido subnascitur: aut ex alio quodam accidentario modo.

A causa externa.

Sic ex natiuæ istiusmodi causæ ortu potissimum hic morbus pueris accidit, vt dictum est, tanquàm algidioribus, vditioribusq́; : post hos verò adultioribus, veluti ex aridioribus rarissimè tamen, ob eorum membrorum siccitatem. Ab accidenti verò quod eueniat casu, illegitimo prauæ diætæ vsui præcipuè adscribitur. Sic illud à prima ortus sui genesi causam sui mali secum trahit: hoc verò ei à casu quopiam foris accidit. Quamobrem pubertatem egressos difficillimè hoc malum incurrere autores decreuere: quanquàm in hoc nonnunquàm incidant, præcipuè vbi retro in teneriori ætate hoc semel la-

Epilepsiã non facilè incurrunt pubertaté egressi.

bora

berarint. Pueros autem adhuc existentes facillimè hoc malo corripi, quorum cerebella humiditate copiosa scateāt, atque membra adhuc existant imbecilliora. Quare Auicē. lib. 3. Tract. 5. Fen. 1. cap. 8. more aliorum, Epilepsiam plurimū accidere pueris annuit, ob eorum videlicet humiditates, plerunque in eis quum nascantur adparere, interdum verò post pubertatem. Epilepsiā facillimè incurrunt pueri.

Epilepsiæ in pueris natiuæ notas in partu deprædendi adfirmat Razes: aduentitiæ verò post partum. Notæ.

Atqui si infans, vt quidam prodidere, Epilepsiæ malum ab vtero materno secum traxerit, & deinde euomuerit, seq; ipsum ita repurgauerit, exinanierit ve copiosas expellendo redundantias, aqueasq;, liberationis à malo indicium erit: si verò minus hæc euenerint, nequaquàm. Itidē infans in mensium fluxione, aut ex impuro parentū sanguine genitali Prognostica.

conceptus, & tandem genitus Epilepsia correptus difficillimè sanabitur, quòd ab vtero & causis prauis quasi modò inueteratis mala intemperies egisse radices videatur. Præterea Epilepsiam puerorum, & mulierum, atque omnium quorum sanguis sit paucus, valde detestabilem esse Auicenna arguit, ob venarum scilicet stricturam.

Curatio.

Esto P. Aegineta libro 3. capitu. 13. De arte medēdi, Comitiali correptis etiādum infantibus, nullo planè medicamine esse succurrendum velit, ætatis quasi mutatione imbiliosius, & aridius, & diætæ intēperantius, ac frugalius, sua spōte plerunque adfectionem istiusmodi cessuram: attamen Neoterici nostri hanc medendi, in hoc morbo rationem, in duas dirimunt parteis: nempe præseruationem & curationem: sententiæ interim Pauli & Hippocratis, illius videlicet dicti autoris, nequaquàm immemores.

Præseruatio & curatio.

Præ

Præseruatione verò vtuntur, quando causam morbi esse præsentem sciunt, sed nondum morbum facientem, tunc ab exordio, ædito iam puerulo, corporis partes disponunt, irrigant, continent, tum quæq; in suum ordinem redigunt, tum verò ante lactis exhibitionem huiuscemodi cibum infanti porrigunt. Accipiunt enim sacchari candidißimi vncias duas in puluerem redacti, quem cum oleo sesamino recenti (hoc enim fit ex sesami semine, iuxta Dioscor. Aegyptijs familiare, nobis autem perrarum) vel oleo de amygdalis dulcibus concinnant in modum alicuius conditi, siue pulmenti, de quo cum digito infanti mensura cochlearis præbent. Est autem cochlearis capacitas minor drachma integra atque duplex eius mensura, scilicet, magni, & parui.

Præseruatio.

Pulmētū.

Oleum sesaminum

Cochlearis capacitas.

Ocyßimè enim ex hoc ferculo puerum somno corripi, adserunt, quem semel ab eo

excitatum, denuo huiuſcemodi cibo iterum, atque iterum alendam eſſe, ad innumeras quidem horas perſuadent. Eiuſmodi enim cibum nutrire infantem, & delicatiſsimè humiditates noxias, tum pituitoſas, tum craſſas, & melancholicas ſordeis in Vtero coaceruatas, iam in ſtomacho, & in inteſtinis contentas euacuare miniſterio alui efficaciſsimè traditur. Quod ni fieret, perfacillimè in Epilepſiam, etiam ex leuiſsima quadam cauſa puerum inciſurum. Ad hæc omni die per quatuor ſiue ſex menſes, poſt balnearum Vſum, corpore adamuſsim deterſo oleo ſeſamino, Vel chamæmilino puerum perungendum præcipiunt. Addunt præterea lapidem ſmaragdum, & radicem pœoniæ, Vtiliter collo alligari, ad arcendum Comitialē morbum. Nam illum collo ſuſpenſum hæmitriteum curare morbum, & caducum Albertus lib. 2. Tract. 2. capi. 17. De Mineralibus teſtatur. De hoc

Lapis ſmaragdus.

Hiſtoria Galeni.

Verò

verò Gal. indubitanter differit se quondã nouisse puerum, nunquàm sanè morbo comitiali correptum, quandiu radicẽ Glycysidis, quam Pæoniã nuncupent, magnã, & recentem collo suspensam tulisset. Itidem de visci quercini, atque lapidis in hirundinum nidis reperti vsu, & cõmoditate, in præsenti morbo, apud autores hincinde mentio fit crebra. Oportet autẽ hîc præcipuè, & tã circa infantes, quàm & lactãtes, victus rationẽ obseruare: nã vtrobique si quid delictũ fuerit, non parũ huic malo incõmodabit. Nutrici igitur iniũgatur ne quid ingerat, quod lac aqueũ, vel crassum, aut vitiatum generet: sed eiuscemodi nutriatur edulijs, quæ lac tenuius, sed modicè reddãt, & in substãtia proba, & odore laudabili contineant, coitumq; omnino fugiant. Infans verò ab omnibus animæ adfectionibus prohibeatur: ab omniq; nutrimẽto, dempto nutricis lacte, subtrahatur; neque subinde la

Radix glycysidis, id est Pæoniæ. Viscũ querci. Lapis nidorum hirũdinum.

Syrupus de Cichorio. Cichorij virtus.

ctetur, in huiuscemodiq; cibandi ratione vsque ad dentitionis tempus custodiatur. Nonnulli Syrupum de cichorio infanti, diu, noctuq; præbent, vt ex eo lingat. Cichorium enim à sua innata facultate comitialem arcere morbum æstimãtes. Eundẽ prætereà Syrupum quũ pueruli iam firmare gressus cœperint, cũ eorũ vrina calida porrigunt, vt humiditates eorum tenues molliter educat, & exiccet.

Curatio.

In quiete.

Porrò curationem ipsam in duo seorsim distinguunt tempora, videlicet Paroxysmi, & quietis. In primis autem nutricis hic diætam diligentißimè obseruari, vt in præseruatione nonnihil perstrinximus, præcipiunt: proculdubio Hippocr. autoritate admoniti, qui in libro. Aphor. secundo, Aphor. 45. insinuat, quocunque iuuenes morbo comitiali laborantes, mutatione maximè ætatum, & temporum, & locorum, & victuum quoque liberari. Quod idem quoque au-

tor

tor in Epidem. lib. 6. inculcat, inquiens: Puerorum nonnullorum morbi comitiales vnà cũ pubertate mutationes habent, & alias. Quum enim Galen. ait, super loco iampridem superius citato, frigidus, & crassius sit humor epilepsiæ, idcirco adolescẽtium ætas, quæ calida & sicca est, maximum affert auxilium ijs qui morbo laborant comitiali. Sic & locorum proportionales mutationes, eodem modo & victuum. Namque horum non quælibet mutatio morbum soluit comitialẽ: sed quæ calidiorem & sicciorem corporis habitũ efficit. Contingere præterea, & audire simpliciter victus rationem, siue mutationem morbo comitiali prodesse, quũ magna ex parte victus deprauatus passionem generet, vnde & mutatio multò ad melius perducat. Operæprecium itaque erit, hîc summum studium circa victus rationem adhibere, præcipuè verò in lactantis obseruatione, postea ve-

Victus deprauatus passionem generat.

rò ipsius lactentis. Nam vbi semel hîc erratum fuerit, de morbi huius prolixitate nonnihil timẽdum erit. Quibuscunq; enim idem inquit Hippoc. Aphor. lib. 5. Aphoris. 7. Morbi comitiales fiunt, ante pubertatem & mutationem accipiunt: quibuscunque autẽ vigesimo quinto, commoriuntur. Hinc etiam Aegineta hunc morbum adserit magna ex parte longũ, ita scilicet, vbi non in pubertate, aut mulierum expurgationum, aut concubitus tempore cessauerit, aut si post hoc tempus permanserit, plerunque vsque ad mortis diem comitari, nisi per commoda remedia sustulerint.

Epilepticus morbus diuturnus.

Victus puerorũ Epilepticorũ.

Puerorum itaque cibus sit lac optimè præparatum in decenti obseruatione lactantis. Atqui nutrix ipsa neque sit plus iusto obesior, neque multum laboriosa, neque ociosa, sed viuax, vultusq; amœni, morum proborum, non luxuriantium, sed operationum natiuarũ, viuidarumq;

Exer

Exercitium itaque eius sit temperatum & modestum. Quòd si lac eius aquosius redderetur, aridioribus cibis corrigatur. Si verò crassius nonnihil efficeretur, cum extenuantibus temperetur: ita, vt cane & angue peius vitet, quicquid humiditatem generet: potissimùm verò coitum ipsum. Lac præterea omni probetur die, spectando an vitiatum fuerit, quod & odore, tum colore exactissimè deprahendetur. Hîc cardamomum à nutrice sæpius masticatum optimè iuuabit, atque idem cum lacte in os infantis impositum, quod & præseruare, & curare hunc morbum in paroxysmo fertur. Ad comitiales enim hoc facere morbos aqua potum Dioscorides conuincit.

Lactis probatio.

Cardamomum pueris Epilepticis proficuum.

In paroxysmi autẽ tempore, summopere est curandum, vt conuulsæ partes irrigentur, contineantur, & in ordinem redigantur, manibus prius perunctis, oleo scili

In paroxysmo.

scilicet amygdalarum dulcium, ne vlterius conuellantur. Deinde verò ori aperto, digitus, aut penna oleo irlino illita admouentur ad pituitam eliciendam, autore Paulo. Postea verò odoramentis sensus excitandi gratia, vtendum est, vt fit cum ruta, & id genus alijs. Naribus siquidem medicamenta calida adhibere Razes iubet, vt assam fœtidam, rutam, & calidorum vnctiones. Demum vbi morbus inueterascat ille, Theriacam magnam dari, cōcedit. Sunt autem qui Pœoniæ radicem in puluerem contusam cum lacte mulieris infanti administrent.

Odoramēta.

Morbus vndecimus, resolutio neruorum: apud Græcos παράλυσις dicitur.

Morbi descriptio.

RESolutio, autoritate Razis capi. 23. de puerorum adfectibus, adcidit pueris, vel in vno membro, vel in toto corpore, quæ eius ex lectione motum impediat. In causa præterea est humor crassus, re-

Causæ.
Notæ.
Curatio.

ſoluens neruos. Notæ ſunt ſatis apertæ.

Curatio verò fit, ſi nutrici ſyrupum ex attenuantibus medicamentis adminiſtraueris. Et cibum aridum, vt aſſatum. Et ſi lactis interdicatur vſus, ſimiliter & piſcium, & vini diluti potus. Puer verò ante lauacri vſum lactandus eſt, atque cum oleis de coſto, & caſtoreo circa iuncturas perfricandus. Deinde autem iſtiuſmodi Electuarij eſus commẽdatur, quod Galeno adſcribitur, quo puerũ quendam ſpaſmo laborantem curarit. Recepit itaque mentaſtri, roſarum, cinnamomi, maſtichis, meon, valerianæ, ameos, doronici, zedoarie, gariophilorum, ſingulorum aureum vnum, ſandalorum, ligni aloës cuiuſlibet drachmam vnam, muſti drachmam dimidiam, ſingulis exactiſſimè tuſis, ſimulq́; miſtis, cum melle conficiebat Electuarium, de quo ſingulis diebus, partem quartam drachmæ vnius, vel dimidiæ porrigebat.

Electuariũ Galeni puero laboranti ſpaſmo, concinnatum.

Mo

Motionis impedimẽtum, vel defectus in pueris.

Motionis porrò impedimentum, vel defectum in pueris accidere, comperimus, vel ex neruorum oblæsione: vel musculorum crura dimouẽtium adfectione: vnde motus progreßiui debilitas suboriatur: quo pueri omnes dimotionum, siue positionum differentias obeundas aliqui impotentiores efficiantur. Cui malo pulchrè subuenire, hoc leue auxilium ferũt, si crura, & articuli puerorum lixiuio decocti baccarum lauri, & granorum Pæoniarum decorticatorum illinantur.

Auxilium leue pro pueris paralyticis.

Morbus duodecimus conuulsio, quam Græci, σπασμὸν vocant.

Morbi descriptio. Conuulsio spasmus.

Conuulsio, ex Galeni, vt quidam volunt, expositione, quã Græci spasmũ nominant neruorũ, tũ musculorũ est adfectio, in qua trahũtur ea sine electione, hoc est, inuitis his aliquãdo totũ corpus, aliquãdo corporis aliquæ partes. Hãc idẽ in li. 5. symptomatũ causis ait neruos, musculosq́; ad eũdẽ cogere adfectũ, in quẽ ab anima

li facultate, quam naturalẽ habitum seruarent, ducebantur. Præterea conuulsionẽ fieri in Apho. 6. lib. 6. Aphoris. 39. Conuulsis ad propria capita musculis, idẽ tradit autor, atque id ipsum indicare nomẽ. Hinc Arabes morbum hunc describentes, alij nerui cõtractionẽ esse in se recensebant, & in longitudinis suæ decurtationem: propterea quòd contrahatur, & colligatur. Alij autem ægritudinem esse neruosam dicebant, qua musculi ad suum principium vel fontem reuellãtur in dilatatione contumaces. Quum autẽ de conuulsione hîc mentio fiat: non de ea quidẽ sola fit, quæ in vna tantum parte corporis, sed in omni eo infestet, quàm promptissimè pueris euenire Galen. docet, potissimùm verò lactentibus: non minimè verò propter vsum lactis, magisq́; verò quoties fuerit crassum, & quia plurimo alimento, & importuno vtantur, nihil aliud adgnoscentes viuendo præter

Conuulsionis descriptio Arabica.

Conuulsionis diuisio.

Conuulsionibus pueri sunt obnoxij.

ter

ter esitandi cõmoditatẽ, omne enim neruosum in eis esse debile. Quod quidẽ etiã Hippocrates Aphoris. lib. 3. Aphor. 25. indicat, in progressu inquit, cũ iam dentire incipiũt, gingiuarum prurigines, febres, conuulsiones, alui profluuia, & maximè cùm caninos edunt dentes, & iis præsertim pueris, qui sint craßißimi, & aluos habent duros. Ex crudo itaque alimento, hoc malum fieri Gal. exponit, tum quia neruosæ parteis nondum sint satis validæ.

Conuulsionis tria genera.

Atqui hoc malum Galenus in Isagoge sua triplex simul complexus est, in neruis quoque fieri ostendens, conuulsionisq́; genus omnium à capite neruorum esse, per quos corpori motus detur: & vt recta, vel in alterutram vis illa cõuulsionis partem se insinuet: itaque diuersum loco potius, quàm re malum hoc fieri. Sæpißimè equidẽ euenire cernimus (quod Marcellus pulchrè depingit) vt in neu-

tram

tram partem rigeat caput, ceruix & reliquum corpus: sed veluti solidissimum, siccissimumq́ aliquid inflexum, & immotum recta rigeat. Sæpe etiam in anteriorem, aut posteriorem partem, ceruix, collum & caput inflectatur, rigeatq́, singula communi rigoris adpellatione vocantur. Est enim rigor, teste Paulo, in conuulsionis genus totus compræhensus. Non autem de rigore hîc illo intelligendum est, de quo medici in febribus dicunt, quos Celsus frigora, algores, & horrores nominat. Sed de eo latino rigore, qui pro inflexibili duritie sumitur. Sic Plinius alijs animalibus à natura ceruicem esse datam flexilem, alijs rigentem scribit. Huiuscemodi igitur rigores intelligentes, quos Latini proprijs vocibus dignari non possunt, sed id à Græcis ipsis mutuantur, atq; primum eorum genus quod Græci, τέτανον nuncupant, Latini rigorem simpliciter adpellant: hoc est illud conuulsionis genus quod

Rigor. quid.
Rigores.
Algores.
Frigora.
Horrores.
Rigor latinè dictus.

Conuulsionis genus primũ Rigor Latinis simpliciter Græcis Teta-

nos dictus. Genus secũdum Latinis rigor in pectus, Gręcis Emproſchotonos dictus. Genus tertium Latinis rigor in ſcapulas, Græcis Opiſcotonios vocatus.

recta per corpus fit, in quo collum, & malæ contrahantur, autoritate Galeni, dentes vtrinq; hæreant, neq; annuere, neq; renuere ceruix poßit. In hoc enim ceruicem cum reliquo corpore veluti immobilẽ inflexam verò in neutram partẽ priuatim, ſed iuxtà in vtramq; intẽdi rectà Paulus prodit, & ſic rigorem ſimpliciter dici. Secundum verò genus cùm in pectus, caput, ceruix, & reliquum corpus rigeant, & inflectantur à Græcis ἐμπροσθοτόνος, Latini rigorem in pectus nominant. In hoc enim collum in anteriorem trahi, nec in posteriorem trahi poſſe, idem Gal. aperit. Tertium verò genus quando caput ſcapulis veluti adnectatur à Græcis ὀπισθότονος, Romanis verò rigorem in ſcapulas dici.

Conuulſio

Porrò conuulſionem vel ex repletione, vel inanitione fieri, ex Hyppocratis autoritate Aph. lib. 6. Apho. 39. in communi omnium Medicorum eſt ſententia. Nanq;

ex

ex repletione fieri, ſicuti etiam in excedentibus iuxta aëris humiditatem ambientis conſtitutionibus accidere chordis, ob eam namq; cauſam ſæpiſsimè rumpi Galenus recenſuit. Itidem & in ſiccioribus conſtitutionibus adfici idem tradit: nam in ſeipſas colligi, ac conuelli omnia neruoſa corpora violentius exiccata: veluti quæ ad ignem longo tempore calfiant loca, ſimile quid pati, & quæ ſol æſtiuus exiccet. Conuulſionem itaq; non abſq; ratione à contrarijs fieri cauſis.

Conuulſio à contrariis fit cauſis.

Proindè iſtiuſmodi conuulſionis in pueris ex repletione euenientis duæ potiſſimum colliguntur cauſæ: concoctionis videlicet deprauatio, quæ partim ex dolorificis dentium punctionibus: partim ex lactis plus ſatis auida ad nutritionem attractione, atque ad incrementum vbi fuerit digeſtum, oriri, dicitur. Altera verò eſt neruoſi generis in illis pueris imbecillitas, quare redundantias humorum

Cauſæ. Concoctionis deprauatio, & neruoſi generis imbecillitas duæ

potissime causæ conuulsionis ex repletione euenientis.

facilè pertrahunt, vt sæpissimè in illis contingit, corpus crassum, & humidum, aluumq́ duram habentibus quum, minor in istiusmodi humorum superuacaneorum resolutio pertingat. Harum causarum, & in Æginetæ, de tuenda sanitate libro, cap. 9. mentionem fecimus: vbi is ostendit circa mensem ferè septimum pueris dentes plerunq; prouenire, atque prorumpere, quo tempore quidem ipse gingiuarum, maxillarum tendinumq́ phlegmones, quod est inflammationes non rarò neruorum etiam conuulsiones infestare: vel ob neruorum debilitatem, vel propter concoctionem deprauatam, siue propter corporis in puero crassitiem, & humiditatem potissimũ adcidentes. Plurimos autem eorum, Hippocratis testimonio, saluari, non omnes verò hoc malo correptos perire, eodem in loco à nobis ostensum est. Atqui in superioribus iuxta Galeni mentem, inculcatum est conuulsionem

Conuulsio pueris promptissime euenit.

nem pueris promptissimè euenire, & præcipuè lactentibus, non minimè verò ob lactis vsum, & magis quidem quò crassius fuerit. Quia plurimo, & importuno pueros vti alimento nihilq; aliud viuendo agnoscentes præter esitandi commoditatem. In hoc equidem proculdubiò Hippocratis aut oritarem sequutus, adserentis, Conuulsionem nuperrimè editis pueris promptius accidere ad septimum vsque annum. Huc enim non minimum causarum pertinere, Galenus super eodem disputant loco, neruosi scilicet generis in pueris debilitatem. Quia quum tres genere vires existant ex quibus gubernetur hominis corpus, & duabus quidem pueri quàm cæteri fortiores habeantur: vnà verò debiliores, quæ in neruis innexa sit, ob quam quidem rem promptissimè conuelli: & rursus ad habitum naturæ facillimè remeare. Adultioribus verò nec facilè consistere,

Tres genere vires in corpore humano.

Conuulsionibus pueri facilius

adultioribus liberantur.
Notæ.
Conuulsionis à repletione indicia.
Conuulsioni febrem superuenire melius, quàm è contra fieri.

neq; desistere conuulsionis adfectum propter valentem in neruis facultatem.

Possunt autem præsentis mali notæ facillimè ex re ipsa argui. Sunt tamen Galeni hîc verba super Hippoc. Aphor. lib. 2. Aphoris. 26. exactissimè perpendenda, qui dicit, vbi sanum aliquem contingat repentè cõuelli, huiuscemodi cõuulsionem ex repletione fieri, necessariũ esse. Quia nerui oppleantur à frigidis, & glutinosis humoribus, ex quibus etiã nutriantur, vnde cõuulsionẽ patiãtur, quibus tũ febrẽ superuenire melius esse, quàm febri cõuulsionẽ Hippoc. infert. Hanc enim magna ex parte calefacere, extenuare, atque dissoluere Galen. interpretatur. Attamen ex febribus adurentibus totum corpus exiccari, et neruis deinde ex siccitate conuulsionem accidere, maximum hoc malum esse, & penè insanabile: quum longum ad sanandum requiratur tempus, siccitatem scilicet remouendam,

atq;

atque morbi acumen, tempus minimè expectare, quin citius vires dissoluat, & subitò exitium adferat, in eundem circa causas Aegineta ratiocinatur modum. Quotiescunque ait, circa morbi statim exordium, vel non longè ab initio conuulsiones orsi persistant, atque perennent, à plenitudine proculdubio originem habere. Si verò post plurimos corporis sudores, aut vomitiones, aut excrementorum alui deiectiones, aut hæmorrhagias, aut immodicas vigilias, aut famem, aut permultas denique aut vehementes commotiones sequuntur, tum à vacuatione fieri consentaneum esse. Sed vbi aliqua sospitum partium subitò conuellatur à plenitudine fieri necessarium esse. Atqui si ex febribus adurentibus totius corporis aruerit moles, ex illaq; ariditate conuulsio ortum habuerit, neruisque pariter exarescentibus, proculdubiò id exitiosissimum, & tantum immedicabile esse malum.

Conuulsionis diuisio ad materiã proportionata siue nõ proportionata.

Et hæc est conuulsionis diuisio, quam hactenus Schola nostra in proportionatam ad materiam, aut non proportionatam ad materiam distinxit. Illam verò quæ siue ex materiæ copia, vel defectu contingat: vt ex materiæ cuiusdam redundantia veluti est pituita glutinosum, aut ex materiæ eiuscemodi conferti inanitione. Hanc autem materiæ non proportionatam ex dolore aliquo, vel cerebri nocumento consequi vt conuellatur, cuius nulla materiæ causa existat, sed tantũmodo qualitas quædam adficiens, vt sunt doloris puncturæ, adfectiones.

Prognostica.

Ex prædictis Galeni verbis facilè deprehenditur, conuulsionem puerorum esse faciliorem: quum enim facilius in pristinum reducantur statum, quia ad habitum naturæ facilè sint, (vt ipse ait) remeabiles. Simili modo Auic. lib. 3. fen. 2. cap. 5. recitat, pueros à cõuulsione arida velocius liberari ob humiditatem tam tem-

pe

peramenti, quàm cerebri eorum. Intelligens ex, hoc quidam exponunt, à conuulsione sicca velocius præseruari, hoc est, à veloci, siue leui causa eueniente: pueris enim quum sint humidi, non tam promptè conuulsionem siccam à subitanea, siue leui causa accidere posse subindicans.

Curandæ verò conuulsionis à plenitate fortæ auxilium omne à nutricis diæta auspicandum erit. Imprimis etiam studendum vt aër gelidus, humidusque euitetur, & potiss. in pueris quorum neruosum genus valde existat debile. Item & crassus, palustrisque adflatus, imo & venti quasi vniuersum omnes sunt effugiendi. Itidem & adfectus animæ refrigerantes, & ocium, & quies torpida. Somnus diurnus, illicoque post prandia sumptus: locorum humidorum inhabitatio, & vigiliæ superfluæ: itidem cibus omnis frigidus, & vdus, copiosusque siue multum infarciens: similiter & omnis recremen-

Curatio. Conuulsionis à plenitudine curatio.

torum retentio. Aër verò sit calidus & siccus, vel à natura, vel ab arte ita fabrefactus.

Hîc etiam conducunt & illa, veluti nonnulla iuxta solem, vel ignem (corpore tamen prius exinanito) statio, ira, animi adfectio, gaudium, sollicitudo, meditatio, dimotio, omnibus tamen his modicè visitatis.

Olea neruis contractis conferentia.

Quo ad infantes verò primum vt nobis videtur, etiam Paulo autore, admoliendum erit, vt membra, quæ naturæ quadam aptitudine contrahi nata videantur, vincantur, superentur, inordinatisque motibus occurratur. Deinde verò nerui contracti quinque oleorum generibus perfricentur, quæ Auic. lib. 1. fen. 3. cap. 3. Doct. 1. plurimum commendat. Quorum primum est irinum. Est enim diaphoreticum, extersiuum, maturatiuum, dolorum frigidorum sedatiuum. Nam iridem conuulsis prodesse Diosc. adfirmat. Alterum

Oleum irinum.
Oleum liliorum alborum.

rum, est liliorum alborum oleum, quod dolores compescit, lenit, calfacit, & mollificat. Tertium, est Cyprinum, cuius vsus hodie non extat. Quartum Keirinum. Sic Aegineta lib. 1. De sanitate tuenda putat efficaciter puerorum conuulsionibus herbam, quam Heliotropium Græci, Latini solarem dicant, aqua elixam opitulari, si eo decocto puer lauetur. Expedire autem multò magnificentius si oleo Irino, Cyprino, aut Sicyonio illitus puer, tantus, quantus est, incaluerit. Adhuc infantium iuncturis Auicenna adponere emplastrum docet ex melle cõpositum cum maiori pondere radicum lilij, & cũ aniso, croci verò minimo. His insuper addit, puerorũ membra decocto chamæmeli, fœnigræci, meliloti infundenda. Oleũ verò chamæmelinũ per se solũ aliquãdo administratũ nõ parũ iuuare. Quare olea Diaphoretica à recentioribus hîc plurimũ adprobãtur Medicis, vt sunt: costinũ, laurinũ, chamæmelinũ.

Oleum cyprinum.
Oleũ keirinum.
Heliotropium solaris. Solaris.
Emplastrũ Auicennæ ad membra conuulsa puerorum.
Oleũ chamæmelinum.
Olea diaphoretica.

Con

Conuulsio nis in vniuerso corpore curatio.

Emplastrũ Conuulsio nis à siccitate eueniẽtis curatio.

Conuulsioni autem in toto corpore euenienti, Razis præscripto, huiuscemodi emplastrum dorsi vertebris adponitur. Ceræ enim adcipitur vncia vna, Euphorbij semuncia, olei quantitas competens, & iuxtà artis modum concinnatur.

Atqui conuulsionis curandæ à siccitate euenientis Methodus superiori est admodum diuersa, atq; ex diametro quasi opposita: quàmuis etiam circa nutricẽ ipsam auspicetur: attamẽ aërem calidum & siccum effugiat, imò & caloris immensi feruorem: imò & frigiditatis intentæ gelidũ: similiter & flatuosum, iuxta ignem siue focum stationem perennem, meditationes, dimotiones, frictiones omnino immodicas, balnea sicca, & arefacientia, vigilias, cibos nutrimenti pauci, & concoctioni contumaces, famem, sitim, venerem, alui deiectionem, diætam tenuem, siue attenuantem. Aër verò sit humidus nonnihil ad caliditatem, tempore gelido

Emplastrũ Conuulsio nis à siccitate eueniẽtis curatio.

ad

ad frigiditatem verò, in calidiori tempore vergens. Foci vero vsus, si sit pernecessarius, lignis tantum aridioribus, minimè tamen prunis instructi admittitur, sed eminus. Adsit prætereà lætitia, gaudium, & iocunditas. Vestitus sit lenis, lineis vel sericis filis consarctus. Intercurrat quoq; quies, somnus, amicorũ cõgerronũq; amabilis affatus fercula sint humida: vt aqua hordeacea: sed iura pinguia, mollia. Incoquantur autem aquæ hordeacæ fructus illi iuiubarum, & sebesten, quos Græci serica, & myxas vocant, febris ardore æstuante. Quare chordri & alicæ vsum Paulus hîc commendat, cum sorbitionibus, et vinum tenue facilisq; coctionis ne aqueum verò exhibendum, nisi febris infestarit, tunc enim ptisanæ cremore vtendum esse, & somno vacandum. Ob quam rem Auicen. hîc humectantia, & lenientia, & omnes pingues sorbitiuncu-las infert, ex hordei farina, oleo amygda-

larum

larum dulcium ſaccharo, & aqua carnis excerptæ ex agnorum hædorumq́; corpuſculis. Quòd ſi calorem in huiuſmodi carnibus exiſtentem extimeſcamus, olera refrigerantia indamus. Lactis hîc vſus culpabitur minimè, ſi non ſupra modum, vt concoqui poßit, abſenteq́; febricula, ingeſtum fuerit. Recens autem hoc ſit, minimè verò vetulum. Infeſtante ſiquidem febre, hordei, cum cucurbitæ, melonis, & violarum iuleb, aliorumq́; vſus admittitur. Lac autem aſininum hîc potißimum à Raze commendatur, ſcilicet vt lactis ſint vnciæ quatuor, cum amygdalarum dulcium ſemuncia & ſacchari drachma vna, cum dimidia ſumptum. Idem in Diuiſionũ libro: Lac bibere dulce, & vinum cum aqua concedit.

Lac aſininum.

Morbus decimus tertius, Rigor iuxta Celſum, quem Græci τίτανος, noſtri communi & vna tantum voce Tetanum, Auic. Cuzen, vel Alcuzen nominat.

IN superiori loco satis ostensum est, Rigore, quem Græci τέτανον vocent, conuulsionem quandam existere: qua scilicet in adfectis hoc malo, ceruix maneat intenta, & immobilis. At vbi caput scapulis adnectatur ὀπισθότονον: vbi mentum capiti ἐμπροσθότονον fieri, quasi Tetani differentias, nomine potius, quàm ipsa ratione dissidere.

Morbi descriptio.
Tetanos.
Opisthotonos.
Emprosthotonos.
Tetani differentiæ nomine potius quàm re dissidēt.

Causas præterea huius mali nonnulli cū conuulsionis partim conuenire, partim differre causis voluere. Coire enim amborum causas, quum vtrinque siue ex repletione, siue ex inanitione, & id genus alijs contingant. Distare verò quòd conuulsio rarenter ex repletione musculorum per spiritū, & aërē crassum, siue nebulosum quodāmodo eueniat, veluti in Tetano fieri Pelops (quem Paulus citat) cōuincit. Adijciens præterea eundē supra modū frigidū & concretū esse, atque ideò difficulter mobilem & inflexibilem: quare sic adfectis

Causæ.
Pelopis circa Tetani causas iudicium.
Rigoris causæ ex Paulo.

Rigoris causæ ex Paulo.

magis conuenire sicca, quàm humida. Rigorem autem Paulus noster fieri, ceu gelu concretis, corporis præsertim spinæ, musculis vult, frigido humore intus, & foris adstringente: quare in ea adfectione ita constituti seipsos inflectere nequeant. Hac præterea adfectionem sæpißimè parere etiam laborem, humi dormitionem, ponderis eleuationem, casum, vulnus, æstum, plagam, & alia quæcunque iacturam possint neruis inferre: quibus tamen medendum sit, quemadmodum illis, qui ex inanitione conuellantur.

Notæ.

Tetani autem indicia siue ex infarctione, siue ex inanitione euenientis, ex conuulsionis notis prius enumeratis facilè deprahendi possunt: tantummodo in hoc, si quid discrepantia, quòd ille in sui initio in musculis cum motione, hac verò cum quiete exordiatur. Quibus & Pauli addamus singularia indicia in hoc adfectu maximè pensiculāda, vt respirationē an-

gustam, pulsum rarum & paruũ, & interdum risum veluti sardonicum, faciei ruborem, vt oculi magis intumescere videantur: lotij mictionem nullam vel aliquam: attamen instar aquæ emissi, vel cruentis ampullis quibusdã inspersi, aluũ duram, vigilias, de lecto interdum casum ex periculo conuulsionis, singultum, in capite, vel vtrisque humeris & lumbis aliquando tremorem.

Erit autẽ Tetanus in pueris multũ facilior ob easdẽ, vt suprà, causas adductas, Prognostica.

Curatio autem Tetanorũ, iuxta Auicennæ decretum, duobus potissimum hisce constabit remedijs. Vnum est, syluestris cucumeris decoctum, quo infantes esse medicandos tradit, quòd extergat, calfaciat, remolliat, & diaphoreticũ existat. Alterum est, vt nerui conuulsi cum oleo violarum, & sicyonio, hoc est, de cucumere syluestri, in æquali pondere cõmistis irrorentur, illud remolliat, hoc verò exterat. Curatio. Remedia duo Auicennæ. Oleum sicyonium.

Sic Paulus rigore conuulsis, (adultioribus intellige) à morbi statim principio sanguinem mittendum esse, præcipit: deinde laneis cooperiendos, parteis verò eorum oleo sicyonio, aut castorio, cum veteri oleo perungēdas, aut vesicam quoque laxiorem calido oleo refertam conuulsis imponendam esse.

Morbus decimus quartus, Conuulsio, & Tetanus ex inanitione.

Descriptio Causæ.

HVIuscemodi malorum descriptiones, tum causæ & notæ, in superioribus satis sunt inculcatæ. Post plurimos enim fieri corporis sudores, aut vomitiones, excrementorum alui deiectiones, hæmorrhagias, immodicas vigilias, famē, vehementes dimotiones, adhæc lentiori tum oriri gradu ostensum est.

Curatio.

Restabit itaque nonnihil expeditius super eorū curatione edisserere. Sunt itaq; nerui, siue iuncturæ infantiū ex solo oleo violarum cū pauco ceræ cādidæ oblinēdi.

Hinc

Hinc nonnulli oleum violarũ cum quarta parte ceræ iuxta ignẽ cõponunt. Ad hæc infantis autẽ capiti oleum oliuarum domesticarũ, maturarum optimè, cum oleo violaceo, ex Auicennæ præcepto, imponunt. Alij verò olea de cucurbitis, vel de salicibus, vel nenuphare, recipiunt, atque tepidè ab alto capiti inijciunt, siue infundunt, humiditatem ei ita imprimentes.

Morbus decimus quintus, Glaucedo oculi, quam Græci γλαύκωμα, & hypochymata, hoc est, oculorũ suffusiones vocant.

Glaucoma oculi esse, in glaucum colorẽ naturalis humoris mutationẽ, apud Galenum legimus. Vel crystallini humoris in glaucum & aquosum colorem permutatio. Eundem Paulus sequutus, glaucomata ait, hæc, quæ & Græci Hypochymata, hoc est, oculorum suffusiones vocent, antiquiores pro vno, eodemq́; mali genere adcepisse: posteriores ve-

Morbi descriptio.

Glaucomata, hypochymata oculorum suffusiones.

rò tantum glaucomata crystallini humoris in oculo vitia dixisse, ex humiditate in glaucum colorem transeuntia. Liquet igitur ex iam dictis, hypochyma, tũ glaucoma res diuersas esse: quum hoc tantum ex mutatione crystalloidis ad glaucũ fiat. Videtur autem Auicenna glaucedinem oculi viriditatem nominasse: fortè eo nomine deceptus, quòd poëtæ salicem glaucam dicant, altera foliorũ parte virescentem, atque quòd mare glaucum, ex eodẽ colore sæpenumero adpellent. Vel fortè quòd (vt Manard. sentit) in capite, quod de varietate oculi inscribatur, de naturalibus potius, quàm de his qui præter naturam sint oculorũ coloribus mentionem egerit. Enimuero oculos puerorum in primo ortu virescere Albertus Germaniæ lumen prodidit, eo tamen etiã ad glaucedinem nonnihil vergere: in progressu verò temporis commutari ad colorem qui iuxta naturam potißimè exuperet.

Hypochyma & glaucoma quomodo differant.

Glaucedo viriditas oculi Aui.

Oculi puerorum in primo ortu virescũt iuxta Albertum.

Eui

Euidens præterea est, eiusdem autoris sententia, in nullo animaliũ, præterquàm in humano oculorũ genere, in colore varietatem esse aliquã sitam. In pueris enim hæc accidentia euidentißimè euenire, quod in primæ ætatis, deinde verò iuuenilis statu, & tenore oculorũ colores inuarientur.

Oculorum varietas tantum in humano genere reperitur. Causæ.

Ad hoc, glaucedinem pueris accidere, ob oculorum eorum imbecillitatẽ, ratione humorum in eis contentorũ magis debilium, respectu iuuenũ. Etenim glaucedinem omnẽ, veluti in oculorum debilitate consistere. Consentaneũ enim esse colorum euariantium causas ex humoribus oculũ cõponentibus fieri. Nam vbi plus humoris indatur, nigrum inde enasci colorem: vbi verò minus, glaucum. Ob quam quidem rem, nonnulli glaucedinem ex sola siccitate in oculo exuperante euenire, adseruerunt. Ob eandemq́ causam, tum præcipuè in senioribus accidere. Sic & Hippocra. lib. 3. Aphoris. 31. Aphoris.

Glaucedo oculorũ est debilium.

Colorum oculorum euariantiũ causæ ex humoribus depromuntur.

Glaucedo ex sola siccitate exuperante iuxta quosdã

senibus, inter cætera multa quæ hîc enumerat mala, Glaucedines euenire, docet, quarum causam esse immodicam instrumentorum siccitatem Gale. adfirmat, & quòd speciem habeant suffusionis.

Glaucedo duobus cōtingit modis.

Constat itaque in tertia oculorū membrana Vuea vocata, huiusmodi contingere mala: præcipuè verò Glaucedinē, & duobus huiuscemodi modis. Vno vt si quādo in ipsa non exacta fuerit concoctio, veluti in cæteris vegetabilibus depræhēditur, vt in primo ortu eorum albescant: deinde verò cōcoctione increscente virescāt: qua potißimū ratione & puerorum oculos, quasi cōcoctione adhuc incōpleta glaucos esse. Altero verò quando humiditas illa fuerit quasi absumpta, oculorū glaucedo facilè in tenebricosum vertitur colorem, ipsumq; oculorum acumē in albedinē quandā permutatur, quēadmodū & reliqua vegetabilia humiditatibus aqueis cōsumptis albescere in dies experimur. Ex

quo quidē vera illa glaucedo originē habet, suā quam in oculis ob ariditatē exuperantem euenire, prius indicauimus. Qua etiā tanquàm ex vera causa, & decumbentium, & senio confectorum oculos glaucescere, sine dubio iudicamus. Quapropter nonnulli duplicē glaucedinis posuere differentiā. Vnam scilicet natiuam, iuxta cōmunem naturæ cursum euenientem. Alterā accidentariā, vt ab ægritudine, fletu immodico, in infantibus accidentem. In vniuersum autē potissimū in his euenire solet, quorum oculi aliâs à natura glauci existant.

Oculi senum, & decumbentiū quare glaucescant.

Glaucedinis differētia duplex.

In medelā verò istiusmodi mali, succū solani cōferre Auicē. perhibet. Cuius etiā in collyrijs oculorū Dioscor. cōprobat vsum. Nanque cōtra acreis oculorum destillationes collyrijs mixtū, atque ex eo oculos vtiliter inūgi ipsos, idē testatur autor. Visum verò ipsum corroborare Auicē. admittit. Idē quoque & croci hîc adprobat vsum.

Curatio. Solani succus.

Morbus decimus sextus, Emphysema oculi, quod Auicē. inflationem oculi adpellitat.

Morbi descriptio.

GRæcorum veteres medici Emphysema definierunt excrescentiā ciliorū tumori similem. Marcellus verò interpretatus est, incrementū esse tumori simile, quod quidem nō aliter fiat, quàm cum oris spiritu aliquid impleatur, id nomen rei indicare: nec huiusmodi fieri nisi in oculo. Quē locum quomodo Manardus culparit, cumq; istiusmodi nominis interpretatione veriori, in morbo quarto superius declaratum est. Idē verò Marcellus, Gal. in isagoge sua citat, docentē, emphysema aliter fieri, cum scilicet repentè oculus tumefactus, maiorē contraxerit pallorē & inflammationem, plerunque & in senibus, & æstate fieri. Istiusmodi græcorum medicis emphysemata, idem adserit, non inflationes esse simpliciter, sed oculorum tumores, qua ratione illi doceant factos,

ideoq;

ideoq; eos oculorum tumoribus similes esse excrescentias dicamus. Manardus autem hoc mali inter palpebrarum enumerat adfectiones. Interdum enim laxo quodã, & indoloroso tumore crescere, quod Paulus ἐμφύσημα, Auicen. inflationem nominet. Alludit & hîc Razes capi. II. De puerorum morbis, inquiens, pueris accidere in oculis diuersas adfectiones, ex quibus reperiatur inflatio, & clausura palpebrarum.

Emphysema palpebrarum adfectus.

Palpebrarum clausura.

Accidere autẽ idem tradit autor, ex quatuor potißimùm causis, videlicet ex flatibus, pituita nõ crassa, tum ex redundantia quadam aquea: postremo verò ex quadam crassa, & melancholica. In pueris autẽ contingere propter medicamenta quædam adstrictoria, à mulierculis capitibus eorum adposita, veluti est Cyprus, quare capitum superfluitates ad oculos protrudantur. Nimirũ id vel ex fluxione materiæ calidæ vel gelidæ, ad istum

Causæ.

locum protractæ contingere.

Notæ. Quum verò à calore id eueniat, tunc ruborem in facie, seu oculis, & calorem in fronte adparere. Secus autem fieri, quum à frigore hoc contingat.

Curatio. Glaucij succus. Curari autẽ hoc malum quòd à calore proueniat cũ succo glaucij Razes persuadet, quòd refrigerãdi vireis habere Dioscor. doceat, atque à principio in oculorum medicina hoc vtendũ esse. Nos verò chelidonij, foliorũ rosarũ singulorũ drachmã vnam sumimus: croci, myrrhæ vtriusque drach. vnã cũ dimidia, quibus cõtusis, cũ aqua ex vitium racemis decisis manante, & lacte muliebri conficimus, oculis, & fronti omni die repetitũ imponimus, donec oculi recludantur, & sanitati restituantur. Aduersus idẽ à frigore malum, myrrham, crocũ, aloën, & rosarum folia vnà cum vino optimo maceramus, ocellisq́; adponimus. Ambrã verò cum lacte mulieris infriatam, atque auribus pue-

ro

rum intromissam, nonnulli maximè comprobabant. Oculi autem puerorum, iuxta Auicen. curandi modum, cum lycio & lacte illinuntur. Illud enim quod buxeæ spineæ succus esse dicitur, apud Diosco. adstringendi vim habet, atque exterit ea, quæ claritati oculorũ officiunt, palpebrarúmque scabies, prurigines, & diutinas sanat destillationes. Hoc autem oculis immulsum ophtalmiã curat, atque materias calidas ad oculos defluentes cõpescit. Iubet præterea post lycij administrationẽ oculos cũ decocto camomillæ, & ocymi aquatici abluendos esse, quia hoc, Dioscor. teste, contra oculorum destillationes inungatur, sistatq; eas. Illa autem digerendo per halitum humorem sine attractione abigat, laxet, rarefaciat.

Curandi modus auicennæ.
Lycium.

Morbus decimusseptimus, Strabismus, hoc est, aspectus obliquus, penes Auicen. Strabositas.

si

Morbi descriptio.

Strabismus est totius oculi adfectus ab Auicen strabositas vocata, ab Aegineta autem strabismus, qui modò resolutionem, molliciemq; musculorum bulbum mouentium, modò conuulsionem sequitur. Atqui. Guil. Placen. eundē lib. 1. Chirurgiæ suæ adcidere adfectum, ait, ob incommoda neruorum, musculorumq; oculos dimouentium diuersis ex causis promouentium, vt oculi ad differentes se positionis parteis inclinent, scilicet dextram, sinistram, superiorem, inferioremq;. Alij verò dicunt visum tortum & obliquum ex transpositione crystalloidis, modo & totius oculi contingere, vt se ad latera, vel ad superna, vel ad inferna vergant. Ob quam causam fortè quatuor strabositatis Auicen. posuerat species: Primā ad superiores: secundam ad inferiores: tertiā & quartam ad vtrasq; nariū parteis se detorquentes.

Visus tortus & obliquus.

Strabositatis quatuor species auicennæ.

Causæ.

Liquet enim Strabismum fieri omnē,

vel

vel ex musculorum bulbum mouentium resolutione, molliciéq; vel ex eorum conuulsione. Et quanquàm eiusmodi musculos sub quatuor specierum nomine, aut resolui, aut mollificari, aut conuelli contingat, vt nunc vel ad superiora, nunc ad inferiora, nunc ad vtraque narium detorqueantur: attamen & plerunque strabismum, nunc ex humiditate, nunc verò ex siccitate fieri, vt in febribus acutis autorũ est sententia. Sic Galen. eundẽ adfectum quandoque ex primo geneseos ortu, quandoque ab accidentario euenire casu adserit, vt in quibusdam adfectionibus capitis iam deficiẽtibus, vt sunt cephalalgia, scothomia, vertigo. Ex recentioribus autem Guil. Placen. hoc malum in pueris accidere potissimùm ait, ex humiditate musculos, neruosq; bulbum mouentes ex cerebro progredientes irrigante. Aut ex siccitate, vt in febribus asperioribus. Interdum etiam in apoplexia, conuulsione,

epi

epilepsia contingere, sed repentè quum conuulsionis esse species quidem ducatur. Strabismum prætereà nonnunquàm fieri, aliqui tradiderunt, ex musculorum oculi situ deprauato, ita vt bulbus malè orbitæ oculi insitus sit. Aut interdum ex obliquo aspectu in rem splendidam quandam, aut picturam intento, visum detorquente.

Notæ. Huiuscemodi autē distortionum mala ex intuitu cuiusque facilè deprehenduntur, nisi quòd hîc notandum sit, vt de conuulsionibus dictum est, hoc, quòd repentè suboriatur, ex humiditate quadam prouenire ratiocinandum esse: cum totius etiam corporis humidi plenitudine, vt ex naribus, oculis, & palato humiditates perstillent indesinenter quidem, & in copia non parua, cum alui duricie, quæ promptissima & euidentissima ex eiusmodi causis orta esse argumenta Placentinus conuicit. A siccitate

te verò quæ fiant, lentiori gradu subrepere, & præcipuè post diuturnas adfectiones. Ad hæc strabismi malum si tam sursum, quàm deorsum detorqueat oculum, tunc rem vnam tantummodo inspectam, pro dupla, habere. Secus autem fieri si dextrorsum, siue sinistrorsum distorsio fiat. Quæ verò ex apoplexia, conuulsione, aut post fortes ægritudines contingat, eam facilius per se innotescere.

Ratificatũ est apud medicos strabismũ infantum nõ curari, nisi in infantia valde humida, & recèns subortum. Prognostica.

Distortionum postremo oculorum à generatione ortorum, quas Græci στραβότητας & στραβισμοὺς, nos strabones dicimus, in infantibus correctionem fieri Aegineta in hunc tradit modum, quem & alij omnes, tam Arabes, quàm Latini obseruant morem, quum persona ita capiti imponatur, vt à fronte re- Curatio. Strabones. Curatio. Aeginetæ.

cta aspiciant: strabismum enim conuulsiuam musculorum, qui bulbum moueant adfectionem emẽdari, si lucerna è regione, non à latere adparente ponatur. Vbi verò nare versum oculorum detorsio contingat, floccos rubro colore suffusos oculorũ hirquis circa tempora adglutinandos esse, vt ad hos fixis luminibus intuentes, oculi corrigantur.

Curatio. Aegineta.

Morbus decimus octauus, Lacrymæ: oculi lacrymosi, & lacrymantes Plinio.

Homo ad lacrymas natus.

Qvum inter cætera alia vniuersa præter vnicũ hominẽ, animalia reperiatur nullum, quod tantum nudum, teste Plinio, & in nuda humo, die natali statim ad vagitus, & ploratum abyciatur, nullumq́ tot animalium ad lacrymas, & has protinus in vitæ principio natum sit: non absurdum fieri visum est (licet autores inter puerorum adfectus eiusmo

eiusmodi lacrymarum mentionem faciant nullam) nonnihil, sed perfunctoriè hîc de lacrymis puerorũ disserere. Est equidem adfectus quidẽ Lacrymarũ præter voluntatẽ exeuntium, cuius plerũq; causa est materia pituitosa in vijs oculorum contenta, partim ibi generata, partim verò cerebro ad ea loca transmissa. Hunc nostri adfectum tantum lacrymas vocant. Plinius autem lacrymosos oculos, & lacrymantes nominat, de quo hîc non libet fusius tractare, puerorum saltem lacrymas, siue planctus, & ploratus hîc respicientes. Fletus equidem puerorum moderatus, & interpolatus iuxta Placentinum cap. 1. suæ practicæ, ad aliquot tempus ante lactationẽ verò nequaquàm oberit, imò viscera et cerebrũ calfacit, pectus dilatat, recrementitiorũ humorũ in membris contentorum vacuationẽ promouet, spiritus, caloremq; natiuũ corroborat. Si verò eiuscemodi esset fortis, copiosus, & non in-

Adfectionis descriptio.

Causæ.

Lacrymæ oculi lacrymosi, & lacrymantes.

Fletus puerorum conducibilis.

Lacrymæ voluntariæ & inuoluntariæ: illæ in pueris, hæ verò in senibus.

terruptus herniam, & vmbilici prominentiam facilè concitaret. Copiosiores tamen in pueris, ex voluntate emissæ lacrymæ adparent, quàm in senibus, quum ab illis maiores intrò animæ adfectiones contineantur: tum quòd à varijs prius non aspectis in admirationem ducantur variam. In his autem præter volũtatem frequentiores conspiciantur lacrymæ, quia facultas concoctrix multum imbecillior in senibus, quàm in pueris comperiatur.

Morbus Decimusnonus Ptilosis: Auicennæ Silac Haliabati, Palpebrarum casus.

Morbi descriptio.

NON pauciora, inquit Manardus, palpebris quàm oculis nocumenta contingunt. Fieri enim cum extra modum crassescant, cum rubore, & calore, pilorumq́ plerunque casu, πτίλωσιν Græci, silac Auic. Haliabas, palpebrarum casum vocat. Ptilosim præterea palpebrarum

quan

quandam esse in callum induratam crassiciem, rubentem, Paulus tradit, quam magnam ex parte capillorum defluuium comitetur.

Auicennæ verò hoc malum esse crassiciem dicit palpebrarum, à crassa materia productam, & nitrosa, hoc est salsa, quare palpebræ rubescant, quorum etiam aliud sit recens: aliud inueteratum: in pueris autem ex fletu contractum. Aliqui verò ex salsa, & subtili materia euenire huiusmodi adfectum æstimant quam tamen diuersitatem ita nonnulli componunt, scilicet recentis adhuc mali materiam esse tenuem: inueterati autem crassam dijudicantes. Eaq; præterea comparere ex mali istius symptomatibus videlicet pruritu vehementi in palpebris pungente: item & ruboris vehementia, quasi à materia acuta, & subtiliori cum bile rubea sanguini commista euenietibus. Seu ex crassitie palpebrarũ, & interdum corrosione, Causæ.

& exulceratione quadam arida materiã crassam hîc inexistẽtẽ, arguẽtibus. Atqui nõnulli crassam, alij vero tenuiorẽ huius mali pro causa materiam vsurpantes.

Notæ. Quotiescunque etiam crassities palpebrarum cum rubore, & corrosione lacrymalium, cum defluuio capillorum adpareret, ptilosim adesse, significauere.

Curatio. Solani succus. In curatione istiusmodi adfectus Solani succum Auic. in loco de puerorum morbis administrat. Nam succum eius facere ad oculorum fistulas, quas Aegilopas vocent, cum panem positus Dioscorid. recenset. Cætera quæ ab eodem autore medicamenta, vt in lib. 3. fen. 3. Tract. 3. capi. 4. huic morbo conuenientia adducuntur, vt ex lentibus cum aqua rosarum decoctis, & portulaca, Endiuia cum albo oui, item balnea, & alia, adultioribus præcepisse hæc, minimè puerulis intelligimus, alium quàm hunc expostulantia locum.

Morbus vicesimus Psorophthalmia iuxta Paulum: quam Auic. scabiem, & pruritum, Haliabas pruriginem vocat.

INter palpebrarum adfectus Manardus Psorophthalmiam enumerat quam esse scabiem pruriginosam ostendit ψωροφθαλμίαν à Paulo uocatam, quam Gal. ψωριῶντα βλέφαρα καὶ κρημώδεις κάνθους nominet. Auic. verò scabiem, pruritum, Haliabas pruriginem. Ex Neotericis etiã sunt qui dicant eiusmodi scabiem infectionem esse cutis arenosam, qua fieri, vt palpebrarum extrema quasi milio sint aspersa, videantur. Similiter & tumorem pruriginosum cum exulceratione modica, sed numerosa, cutis verò actionem impedientem. Ad hæc Paulus psorophthalmiam esse pruriginosam palpebrarum Psoriasim dicit, quam scabiem, vel scabrum adpellemus, ex salso, nitrosoq; humore originem ducens. Cui

Morbi descriptio.
Psorophthalmia.
Scabies.
pruriginosa.
Scabies.
Pruritus.
Prurigo.
Infectio cutis arenosa.

Tumor pruriginosus. quidem sententiæ alludit & Auicē. non minus causam istiusmodi ex mate-
Causæ. salsa, nitrosa, & sanguine calido, aut
Psoriacis Palpebrarum pruriginosa. mido, aut alio humore acuto prouenire
riginem, deinde autem scabiem adse-
Quod etiam eius interpretes adfirma-
omnis scabiei, siue pruritus, humorem
tum, & sanguinem inflammatum, i
& bilem atram, & pituitam salsa,
bilemq́ue exassatam in causa esse,
ferentes.

Psorophthalmiæ species quatuor. Porrò huiuscemodi psorophthalmiæ
asperantur interdum intrinsecus, ho
in internis palpebrarum partibus, sca-
cie quadam suborta, cum rubore, & p-
rigine, & crassitudine, asperitateq́; p-
1. Prurigo Arabibus. ca: quæ passio ab Arabibus prurigo
citur. Cuius verò symptomata, vt s
pruritus, rubor, scabricies, vbi int-
Trachoma à Paulo. duntur à Paulo τράχωμα, Celso aut
asperitudo adpellatur. Quod si verò a
ritas in tantum crescat, vt tendi

atur, σύκωσις à Paulo, quasi ficatio, ‍ 2. Asperitudo à C l so diciur, quod à P. Trachoma.
cto nomine à similitudine, quæ fit cum
x interiori parte intumuerint palpe-
ræ, excrescatque illic aliquid carni si-
nile, ex quo oculus difficilè moueatur. 3. Sycosis a Paulo palpebra ficosa, & aspera à latinis dicitur.
iusmodi ficosa, & aspera palpebra
Latinis nominatur. Fit enim in ea
xtensio rigida, quæ peruadit eò vt fis-
uras obtineat. Ex qua quidem palpebræ
nuertuntur, quibus vniuersis, non aliter
quàm à sanguine rubent, asperiores, &
arnosiores fiunt: & vt in fico exiguis
quasi frumentis conspersæ. Quod malum si
nueteratum fuerit, atq; callum obduxe-
rit τύλωσις adpellabitur. Propalàm est Ficatio. Tylosis.
vniuersa hæc Auic. in cap. de scabie com-
præhendere, quæ Haliabas species pruri-
ginis ponat.

Ex humorū itaq; varietate corpori in- Nota.
existentium specierum illarū differentiæ
facillimè indagabantur. Nam vbi rubor

palpebrarum, & caliditas adfuerit, sine prurigine euidenti, cum scabricie modica, sanguinis peccatum indicat. Cui si quando bilis admisceatur, pruritus tunc ardentior, & scabricies minor, color ad croceum vergens, cum scabricie tamen nonnihil eminente, adparebunt. Vbi verò bilis huiuscemodi exassetur, sanguinem exuperans, non tam pruriginosum redditur malum, interdum etiam sine asperitudine, ob humoris illius delinquẽtur crassitudinem, locum adfectum non tam mordicus oblædentem, sed nonnihil exhalantem, tantum post se relicta materia quadam squamulis furfuribusq́ persimili, quam si perfricueris in maiorem proriginem incitabis. Quod nequaquam continget vbi eiusmodi materia pauca, & tenuis fuerit. Adparebit subinde humilior asperitas istiusmodi, & nonnihil albescens, & lata, vbi pituita salsa hîc redundarit. Latæ enim minus

iuxta Hip. decretum, & non admodum pruriunt pustulæ.

Quare ex sanguinis, vel bilis cum sanguine delicto euenientia mala, multum erunt salubriora, quàm ea quæ ex pituita, vel atra bili sanguini commista, sint suborta. Hinc liquet, primæ speciei, & recentem adhuc scabriciem, cæteris verò paribus, non parum leuioris existere curationis. Secundæ verò, & tertiæ speciei mala curari difficilius posse. Prognostica.

Curationem autem huiusmodi malorum in pueris contingentium Razes eodem ferè modo fieri tradit, vt in cæteris iuuenum adulescentiumq; ætatibus, nisi quòd hîc mitioribus rem attrectandam esse medicamentis iubeat. Quum autem illorum malorum curatio in vniuersum, vt in adultioribus corporibus, non sit admodum facilis, eiusdem in pueris, tanquàm tenerioribus adhuc corporibus difficultatem haud dubiè persenties. Sic non Curatio.

temere rem, nisi ab expertis, priusq́ edoctus, adgrediaris. De quibus in alio loco non hîc fusius tractare licebit. Attamen ficosas, asperasq́ oculorum palpebras ficorum folijs vtiliter fricari Diosc. tradit. Itidem cum folijs paritariæ, quam Elxinen. Gal. nominat, alijsq́ huiusmodi extergẽdi experimentum docentibus. Chamomillam præterea emplastri modo oculis impositam conferre dicitur, fortè quòd partium sit tenuium, & digerendi, laxandi, rarefaciendiq́ vires obtineat: aut fortè quòd tali modo administrata, omnes oculorum fistulas, quas Aegilopas vocemus sanare à Diosc. significetur. Aloën præterea oculorum scabies & in oculis angulorum prurigines lenire idem ponit autor. Ad hæc alia quædam hîc breuitatis causa omittenda: inter quæ sunt Resinæ fuligines autoritate Dioscor. honestandis palpebris vtiles, corrosis oculorum angulis palpebrarum

Paritaria. Elxine.

Chamomillæ vires.

Aegilops oculi fistula.

Ræsinæ fuligines.

rum ex corruptione defluuijs & oculorum lacrymationibus.

Morbus XXI. Aurium dolor.

Aurium dolorem infantibus plerunque accidere, Auicenna lib. I. Fen. 3. Doct. I. capi. 3. ex flatibus, & humiditatibus insinuat. Ex flatibus, enim interpretatur, fieri, ob ipsius calorẽ, efferuescere facientem humiditates crassas. Ex humiditate autem, propter exuperantes in cerebro humiditates. Alij verò hoc malum partim forinsecus excitari, tradunt, sicuti ex vento valido, & impetuoso, vel ex frigore, aut occasu, & id genus alijs. Partim verò ab intrinsecis, vt à tẽperamẽto malo cũ materia coinquinato: aut præter eiusmodi: aut ab alijs adfectionibus instrumẽtalibus siue ab apostematibus, aut à loci vniti solutione. Quorũ quidẽ notæ ex huiuscemodi depræhẽduntur indicijs, vt si à flatibus eueniat malũ, hoc

Morbi descriptio cũ causis.

Notæ.

auriũ sonitus, sibili, murmura, tinnitusq́ indicabũt, sine aliqua introrsum percepta grauedine. Vlcera verò intus existentia dolor pruriginosus significabit. Quum autem in imo, funditusq́ inhæreat dolor, absq; grauedine, vel lancinatione, temperamenti malitiam in causa esse, euidentißimè demonstrabitur. Exempli gratia, vt si frigidus iustò sit, à frigidioribus: si verò calidius, à calidioribus facilimè oblædi. Materiam autem auribus inesse, grauedo indicat. Siccitatem autem qui post vigilias, & inædiam oboriatur dolor, facie, & oculis detumescentibus. Humiditatem autem modo è contrario inuestigabimus. Verminosas autem aures indesinens commotio, cum vermium interdum exitu arguent. Atqui dolor iste qui ex apostemate calido, & in imo prouenerit, nonnunquàm phrenitidem importat, & symptomata validè terrifica. Siquidem multò lenior is est dolor, qui foris in partibus

Aures verminosæ.

Prognostica.

Char

chartilaginosis ingruit: quum interior ille hominem subitò enecet, & potissimùm adulescentiores, rarius verò seniores, in septimo plerunque die terminans. In senioribus equidem hoc malum frequenter ad saniem, siue pus permutabitur, quàm iuniores ante suppurationem plerumque interficit. Suppurationis autem argumenta sunt plausibiliora. Decernunt itaque ex iam dictis nonnulli dolorem aurium in iuuenibus perniciosum esse: minus verò in pueris, tardiusculè autem in senibus. Quæcunque autem in modum criseos suboriuntur apostemata, ante concoctionis diem, atque in die minus cretica, cæteris non probè concurrentibus notis, adparentia: molesta sunt, & periculosa. Salubriora verò ea, quæ post concoctionis notas, cum cæteris iustis indicijs suboriuntur apostemata. De his, & alijs, hîc non est vberius agendum, quum in præsentiarum mali ex flatibus, & humiditate prouenien-

Suppurationes argumenta plausibilia.

nien

nientis, tantum meminisse satis sit Auicennæ autoritate, cuius curationem ex eiusdem autoris præscripto, positis prius ante curandi modum, aliquot canonibus, notatu dignis perstringemus.

Canones curãdi methodum in hoc malo præcedentes.

In primis itaque ante vsum aliquorum medicamentorum aures à sordibus suis repurgentur: neque quicquàm notanter siue calidum, siue frigidum, sed tantum tepidum intromittatur. Nullum præterea medicamen in magna quantitate, scilicet tantum vnica guttula, duæ verò ad summũ immittantur. Quod vbi intro missum fuerit, super aure incolumi, cui scilicet Medicina non fuerit commissa, reclinato capite, æger conquiescat. Medicamen etiam hoc neq; secundo inijciatur: nisi priori satis excusso, atq; ab aure vniuersim detruso.

Curatio.

Deinde verò curationem mali ex eiusmodi flatibus, & humiditatibus orti: admoliendam esse Auicen. cum

octo

octo medicamentis tradit, quæ prius contusa, & in oleo decocta, quo excolato manè, & vesperi, quatuor, aut quinque guttæ auri indantur. E quorum numero primum est linum, hoc est semen eius, doloris sedatiuum, quod etiam discutere quæ secundum aures absceſſerint Dioscor. tradit: quod malum Græci parotidas nominent. Secundum est Origanus, quæ incidendi, extenuandi, calfaciendique facultatem poſsidet, quare dolori flatuoso perutilis. Hanc cum lacte auribus instillatam, earum lenire dolores Dioscorid. docet. Hinc macer, auribus infusus sedat cum lacte dolorem succum hic eius intelligens. Tertium est sal, quod exterit, repurgat, disijcit, reprimit, extenuat, & vtiliter in dolorem aurium imponitur ex aceto, more scilicet emplastri adpositum. Quartum est saccharum, quod aperit, exterit, & mundat. Sacchar enim, inquit

Primum Lini semé. Parotides aurium.

Secundum est Origanus.

Tertium est Sal.

Quartum est Saccharum.

Gale

Galenus, mellis est species, adsimiles ei vireis obtinens, quod est abstergere, desiccare, & digerere. Quare mellis vsum, contra incertos aurium sonores, doloresq́, cum trito foßili sale tepidum stillatum Dioscori. commendat. Quintum est Lens, fortè quòd medium teneat caliditatis, & frigiditatum, & desiccet in ordine secundo. Hanc crustos erumpere, & vlcera repurgare, Dioscorides innuit. Sunt qui velint hanc maturare, & exterere, sed debiliter quidem. Sextum est Myrrha, cui adest, teste Galeno, abstergendi potentia, cum excalfaciendi, desiccandiq́, purulentas aures sanare Dioscorides scribit, atq́ inflammatas, cum castorio, opio, & glaucio atque præterea aures contusas. Septimum est Colocyntidis semen, fortè quòd ob eius caliditatem, & siccitatem resoluat, & incîdat, & à remotioribus pertrahat locis. Aut fortè Colocyntis, hac est, cucurbitæ intelligendum esset, cuius

Mellis vsus cõtra incertos aurium sonores & dolores.

Quintum est Lens.

Sextum est Myrrha.

Septimum Colocynthis.

cuius ramentorum succum ad aurium dolores cum phlegmone iniunctos cum rosaceo vtilem esse Galen. posuit. Octauum est Cedri genera, quæ Dioscor. dicit aurium vermes cũ aceto instillata enecare. Octauum Cedri genera.

Quum verò auris dolorem ex calida intemperaturæ causa ortum persentiamus, guttam vnam olei rosacei cum lacte muliebri, & opij modicum instillabimus. Dolori ex intẽperie calido.

In flatuoso autem dolore, ex myrrhæ, spicæ nardi, cymini, anisi, atque olei chamæmillini decocto, guttã vnã inijcimus. Dolori flatuoso.

Morbus vicesimus secundus, Auriũ umiditates: interdum sanguinis instar, aut puris adparentes: nonnunquàm vermiculi ex auribus exeuntes, vnde aures verminosæ adpellantur.

AVribus infantiũ nonnunquàm accidere fluxus humorum, Auicẽ. lib. I. Morbi descriptio.

Sanguis, pus, vermiculi, ex auribus.

Fen.3.Doct.1.capitu.3.adſerit. Exit enim: ait Manardus epiſtol. Medicinal. lib.7. Epiſto.2. ex aure modò ſanguis, modò pus, modo vermiculi, αἱματτόμενα ὦτα primũ Paulus, πυοῤῥοοῦντα ſecundũ, ut Galenus: ἰχωῤῥοοῦντα autẽ Dioſcor. tertiũ σκωληκιῶντα vocet. Hoc ultimum autẽ Latini au-

Aures verminoſæ.

res verminoſas adpellent. Eiuſmodi aurium malũ in ætatibus contingere paruis, & nuper natis pueris etiam Hippocra: Apho.lib.3. Aph.24. receſuit. Quẽ Galenus rectè adſerit aurium humiditates morbis adnumeraſſe, ſi quidem à natura omnino alienã eſſe, quæ per aures fiat expurgationẽ. Eam verò quæ fiat per palatum, & nares naturæ cõuenire, qua cerebri ſuperfluitates expurget: idꝗ etiam in ætate iam perfectis euenire. Quum autem infantibus per aures etiam cerebrum expurgetur, rectè quidẽ inter proprias huius ætatis paſſiones, etiam aurium humiditates Hippocratem poſuiſſe.

Ma

Manifestum præterea esse idem Gale. conuincit, totum corpus in nouiter natis puerulis maximè humidū esse, adeò quòd & oßium natura in ipsis potius cerea, quàm lapidea videatur. Præ cæteris verò partibus cerebrum humidum existere, vt quod etiam in perfectis talem habeat intemperaturam. Ob quam rem non absque ratione in foramina eis, superfluitatibus abundantibus, per omnia excerni. Causæ.

Notarum verò indicia vnicuique ex intuitu satis superq; innotescunt. Notæ.

Curationem autem illarum humiditatum Razescum auriculario specillo (eiusmodi enim ὠτεγχύται à Galeno dicuntur) bombice, siue lana mollißima obuc-luto admolitur: quo humiditas huiuscemodi extrahatur, & exteratur, sæpiusq; repetendo, donec ad viuum resecetur. Auicenna verò medicamentis mundificantibus, exterentibus, & exiccan- Auricularia specilla. Auicennæ cura.

tibus aures curam adoritur, videlicet lanam, vel bombices in melle cum vino styptico, & pauco aluminis, aut croci, aut pauco nitri intinctas, auribus infundit. Quem recentiores Medici imitati, in hũc modum tali vtuntur medicamento. Accipiunt enim mellis, & vini singulorum vnciam vnam, aluminis cõtriti, vel croci, vel nitri æquè drachmam vnam, quibus simul ebullitis, eorumq́; decocto lanã aurifusorio specillo inuolutam, auribus imponunt. Mel enim cum vino mundificat, exiccat: quod alumen, & nitrum fortius agunt. Crocus verò maturat, mollit, & exterit: auriumq́; remedijs vtilissimum est apud Dioscoridẽ medicamentum. Quare nõnulli croci drachmam vnã in vini styptici vncijs duabus mediocriter calidi, infusi, ex quo lanam intinctam auribus intrudunt.

Compositio recẽtiorum Medicorum.

Aurifusoria specillo.

Mellis vires.

Crocus.

Atqui aurium humiditates quum cerebri sint expurgationes, visum est non

Notio circa aurium

nonnullis, has minimè in ſuo deflexu impediendas, niſi ob earum diuturnam fluxionem, exulceratione, ſiue obturationem minitante: tunc forinſecus ſalte capiti adplicanda eſſe, quæ tenuiter exiccent. Veluti milium torridu ſacculi more adpoſitum: aut alia quædam aures à ſordibus ſuis repurgantia. Sit autem omne quod auribus adhibetur mediocriter calidum.

expurgationes notanda.

Nonnulli porrò ex Ruffo citant, ſe puerum vidiſſe ex cuius aure humiditas exierit, quam non potuerit eſſe ſanguine æſtimari, ſed veram fuiſſe alimenti ſuperfluitatem: quare noctu vſque ad matutinum tempus eiuſcemodi ablactandu eſſe puerum, quo facto haſce humiditates extirpari.

Hiſtoria ex Ruffo mirabilis.

Vbi verò ſaniem ex auribus profluere conſpexerimus, oleum de Cannabe ſatiua, ſiue ſuccus eius vtiliter inſtillatur. Similiter oleum Irinu cu aceto: & terebyntho, ſiue reſina cum melle: hanc enim

Saniei aurium curatio.
Oleum de Cannabe ſatiua.

contra saniem destillantes iuuare aures Diosc. docet. Itidẽ oleum amygdal. amararum, & myrrha cũ vino. Identidẽ absynthij præstat succus cũ melle: hoc enim cum melle addito nitro destillãtibus auribus vtiliter inungi Dioscorides tradit. Sed violentius dolore sæuiente, obtundẽtibus, & stupefaciẽtibus sensus medicamentis vtendũ esse, quidã concessere: veluti est papaueris succus (quod opiũ dicitur) in dosi parua, cum lacte muliebri, aut cum melle: aut oui candido, iuxta Pauli sentẽtiam, aut vino dulci, passó ve omnia tepidè instillanda. Mutuata sunt hæc ex Galeno de cõpositione pharmacorũ secundum locos libro tertio, capite primo, dicentis: Cogente verò dolore, necessariũ est etiã his, quæ sensum stupefaciũt vti, quemadmodum etiã in his qui colum, aut renes, aut quamcunque tandẽ partẽ affecti, vehementi dolore adfliguntur, facere consueuimus. Miscetur autem opium muliebri

Absinthij succus cum melle.

Stupefaciẽtibus quando & quomodo hic sit vtendũ.

Papaueris succus, opium.

Galeni verba.

bri lacti, & oui candido, quæ ipsa & per se sæpe aurium inflammationibus profuere. Miscetur, & castoreo opium, & cætera quæ in ipso licet autore intueri.

Morbus vicesimustertius aurium purulētia, quam Razes venenum appellat.

VEnenum fluidum ex auriculis puerorum, vel infantium profluere, ex vesica, vel plaga accidente in auricula Razis, capi. 10. De puerorum adfectibus libro recitat. Morbi descriptio.

Curationi autem eius sufficere, mel ebullitum tepidum instillatū cum aqua, hoc enim expurgare venenum ab auribus. Siue accipienda esse folia myrti, quorum succum contra purulētas aures instillare Dioscor. docet, aut gallas aceto infriandas, & more consueto infundenda hæc sint. Curatio.

Morbus vicesimusquartus sternutamentum.

Mali descriptio.

QVemadmodum Tußis iuxta Galenum casus quidam naturalis est, ad expurgandas eas, quæ sunt in pulmone asperas arterias, sic sternutamentum manifestè videtur narium expurgare meatus. Nanque id expellendo ea quæ in naribus retenta sint, quæ & ipsæ a natura inuentæ sint, vt respirationis meatus essent. Quia spiritus in ipso admodum vehementer motus, ipsarum meatus tibicinum more, tibias, fistulasq́; purgantium expurget.

Causæ.

Sternutamēta verò validiorē, quàm tußis habere spiritus impetum Gal. lib. 5. De symptomatum causis cōmostrat: atque aliā generationis habere causam, quàm tusses. Quippè ea, non ab ea, quæ asperis arterijs, sed naribus molesta sint cū spiritu violenter emisso euenire: cum quo etiā ex prioribus cerebri ventriculis nonnihil emittatur. Proinde verò Tusses capiti nihil conducere: sternutamenta verò

Tussis, & sternutamenti differentiæ.

ma

maximè, & potissimùm vaporibus oppleto, nisi ob destillationem euenerint. Neque admiratione dignū esse spiritum vnico impetu, & ex capite, & ex pulmone emitti. Quum igitur insurgāt Sternutamenta, vtroque tunc vtantur expirationis meatu: vt ea quæ per nares molestent, expellāt: altero scilicet quē ipsum per se fecerit, altero verò neruis, veluti longis quibusdam manibus in thoracem demissis. Per hos enim illū contrahat, per ossa verò quæ ethmoidea adpellentur, à percolandi officio: ipsum vaporantē emittat spiritum. Vniuersa hæc per Hippocra. Aphor. lib. 7. capitu. 52. confirmantur dicta: qui recitat, sternutamentum fieri ex capite, calefacto cerebro, aut humectato eo, quod in capite inani. Aërem etiam intus contentum extra erumpere. Sonare autem quoniam per angustum ipsi sit exitus. Cuius quidem Hippocratis verba Galenus in hunc interpretatur modum.

Tusses capiti nihi cōducunt sternutamenta verò maximè.

Ossa ethmoidea.

Consentaneum equidē esse, sternutamentum ex capite eueniens fieri cerebro calefacto, vel humectato in capite inani, sed non necessum esse, vt omne sternutamētum istiusmodi proueniat causis. Fieri enim vt interdum pennis nares irritantes sternutent. Quum enim & cum tussi spiritus desubter veniens ad naris meatus, sternutamenti causa sit. Atqui nec aërem solū ex capite excretum esse quod sonet, idem testatur autor. Liquidò enim adparere, ipse adserit, desubter ex pulmone aërem elatum vniuersum se cōprimēte thorace. Sed antecedente inspiratione fieri sternutamentū, natura adgregante aëris copiam, ad sternutamenti copiā, superioribus, quæ dicta sint adstipulari. Solum itaque illud quod habeat suæ generationis principium naturam adpetentē flatuosum ex capite spiritum excernere. Si enim & aliquis in capite humor superabundet, non facere sternutamentum nisi

nisi in ventum conuertatur. Hoc autem manifestè videri in multis, qui humoris copiam per nares excernant, non tamen ex necessitate sternutent. Solos autem illos sternutare, scilicet ita adfectos, quibus ea humiditas, quæ à capite fluat mordax sit, veluti si quid mordax naribus imponatur. Quemadmodum enim, vt superius ostensum est. Tussis quidem casus naturalis sit, ad expurgandas eas quæ sint in pulmone asperas arterias: ita sternutamentum manifestè videatur narium expurgare meatus. Et id quidem fieri duplici existente ipsa perforatione: lata quidem ad os, per meatus verò tenuiores ad cerebrum: quæ quidem ad os sit perforatio, ab eo qui desubter spiritu efferatur: qui verò ad cerebrum meatus pertingant, ab illo, qui ab ipso prodeat, expurgari. Ex quibus ratiocinandum esse, sternutamenta ex capite motus habentia caput leuare.

Tussis sternutamentiq; differentiæ.

Sternutamenti ex duplici perforatione rationes.

re. Ex rarefactis enim ijs quæ in capite sunt humoribus fieri, & naturæ impetu excretis. Rarefieri enim ipsis calefactis: calefieri autem natiuo calore excitato, ob cuius imbecillitatem superfluitates prius erant adgregatæ. Hinc Hippocra. calefacto eo, quod est in capite inani, intelligere de eo, quod sit in vetriculis cerebri, atque etiam de eo quod ipsum ambiat exterius. Nam facilè quidem esse, & illi per cerebrum primum scilicet ad ipsos ventriculos: hinc verò nares subire. Quum verò vniuersum accidat sonitum edere. Commune enim hoc esse vndecunque veniat, siue ex pulmone elatus, siue ex capite deorsum actus. Hæc fermè Galeni super huiusmodi re sunt verba.

Hippocratis sensus.

Notæ satis sunt ex se manifestæ. Sternutamenta omnia in morbum inclinatione sunt salubria, etiã in ægritudine perniciosissima. Facultatum enim robur, & conualescentiã, materia delinquentis pe-

Notæ. Prognostica.

Sternutamenta salubria.

nuriam denotat. Itaque sternutatio citra destillationem, in corpore minimè infarcto, siue à natura, siue ab artificio producta sit, capitis dolorem abigit, & mūdat, qua ratione & pectoris adfectionibus succurrit: similiter & stomachi, & vteri, in morborum cū inclinatione, & corpore prius exinanito. Exitiosa autem est ista, quæ cū destillatione procumbit, causam enim malam caput oblædentē prænunciat, capitisq́ oppletionē, quam facilè vertigo & scotomia comitantur, & id genus alia. Morituri nequaquàm sternutant, autoritate Auicennæ: hinc mulierculæ nostrates, sternutantes non tam citò morituros prognosticantur.

Insalubria.

Morituri minimè sternutāt.

Quum verò sternutamenta malè quādoque officiāt, & infantes adhuc perturbent, nāque caput impleāt, & apostemata cum alijs adhuc malis inferant. Razes, tum alij autores refrigerantia, & anodyna, & digerentia adhibere cōsulunt: veluti

Curatio.

luti sunt portulacæ folia, & cucurbitæ rasura cum oleo rosaceo, & hordei farina. Aut caput cum oui luteo, & oleo perungatur. Euidens enim est sternutamenta ex apostemate alicuius partium cerebri euenientia, cerebrum ipsum distendere & instimulare, ratione materiæ indidem efferuescentis & vaporibus cerebrum opplentis, quos ipsum expellere moliens seipsum comprimit, sternutationemq́ incitat. Quam ob rem frigorifica superius etiam in primo morbo recitata hîc maximè sunt profutura: scilicet digerentia, dolorem sedantia, & inquietudinem supprimentia. Quare mali & polentæ odorem hîc conuenire Paulus indicat, obtundere enim sternutationum eruptionem. Atqui Auicenna in sternutamento puerorum frequenti Ocymon tritum naribus eorum insufflandum præcipit, sententiæ cuius ex aduerso Dioscoridis reluctatur mens, volentis ex olfactu

Sternutamenta ex apostemate cerebri euenientia ipsum distendunt, instimulantq́.

Circa ocymi administrationem inter Aui. & Diosco. controuersia & recõciliatio.

per

per nares attractum ocymon, copiosa excitare sternutamenta. Quorum differentes sententias nonnulli ita componunt. in calido, & raro cerebro ocymon solo odore suo sternutationem ciere: attamen idipsum tritum, & naribus intrusum ipsam tunc reserare, aperire, & deopilare, ut ipsi vocant, ossa ethmoidea adpellata. Siquidem eiusmodi modis sternutationẽ sopiri ex humiditatibus obstruentibus has videlicet parteis, & eas vellicantes, quas demum natura excutere cũ sternutamento admoliatur.

Etsi sternutationem temperatam cerebro ad humiditates superfluas proÿciendas nonnulli adprobant. Copiosam autem & præsertim in pueris adhuc tanquàm nociuam condemnant, quòd supra modum ipsos concutiat, & capita eorum inflammet, venas interdum atque arterias cerebri rescindat, suoq; impetu materias plurimas ad pectus

Sternutatio quæ nocea siue proficua fit.

ex

excutiat. Occurrendum itaque illis, & succurrendum esse medici persuadēt: præcipuè verò cum rosarum, & de salicibus oleis, nanque sternutamenta cohibere, pro certissimo traditur. Inhibere præterea atque compescere irruentē sternutationē, sorbitionem calidā, aut capitis irrorationem, siue balneationem cū aqua, & infusione oleorum calidorū in vtrasq; aures Auicenna docet. Paulum proculdubio in huiuscemodi remedijs imitatus, conducere hîc affirmantem, frictionē nariū, frontium, oculorum, oscitationē, palati fricationem accuratam, eructuationem, illorum contentionem, capitis sublimitatem, in latus conuersionem, extremorum musculorum, palpitationem, masticatoriorum, si sic dicere liceat, pinguedinem, calidi olei in aures infusionem, aduenientis caloris materiam. Obseruare præterea admonet repentinam è somno excitationem, fumum, puluerem, odoramenta acu-

Oleum de salicibus.

tio

tiora. Inanium etiam ſpongiarum marinarum hîc commendat odorem.

Nonnulli verò ſternutamenta ex apoſtemate euenientia ex oleo roſarũ, & lacte mulicbri cum aceti modico perſanant. Ex deſtillatione calida accidentibus fronti, et temporibus roſas, & ſandalos cum ſanguine draconis, & aqua roſacea admouent.

Ab apoſtemate.

A deſtillatione calida.

A deſtillatione frigida.

Ex gelidiori autem deſtillatione prouenientibus, maſtichẽ, thus, myrham, anteriori parti capitis adplicant, ob illius loci raritatem, qua pueri facillimè deſtillationes incurrunt.

Morbus viceſimusquintus, Rimę vel ſciſſa, vel fiſſa, vel ſciſſuræ labiorum, quas Græci ῥαγάδας, Auicenna fiſſuras nominat.

Morbi deſcriptio.

INter vlcera quoque enumerari mala, quæ Græci ῥαγάδας, vel ῥαγάδια: Auicenna fiſſuras, Latini rimas, vel ſciſſa, vel fiſſa nominent Manardus epiſt.

Rhagades fissuræ. Rimæ scissa, fissa. Scissuræ labiorũ.

Medicinalium libr. 7. Epistola secunda meminit. Est autem cutis scissura cum callosis labris, eiusmodi malum non in vna tantum corporis parte sentitur, verumetiam in mulierum naturalibus, & vtriusq; sexus sede, labris, digitis pedibusq́;. Itaq; autoritate Galeni in suis definitionibus, nulla corporis in quo fiat decreta parte, diuisiones, siue scissiones dicere malis, cutis callosis labris Rhagades esse dicitur.

Diuisiones scissiones.

Causæ.

Fieri porrò & in labris, cunctisq́; & his partibus, Plinius tradidit, verùm ex diuersis causis, itinere, frigore, alijsq́; multis, id tamen pro comperto habere, quacunq; corporis parte in duo, vel plura dehiscat cutis labra, Græcos Rhagadas à frangendo, Latinos rimas id malũ adpellare. Nostri verò Medici in vtrisq; contingere labris hoc malum conuincunt, siue in superiori, siue inferiori, quãdoq; in ambobus: potissimum tamen post coryzam, siue

Rhagades Græcis à frangendo dicuntur.

siue catharrũ euenire, Mesue ait, diffluentibus his ad ea loca, vt deinde nares, & labra cũ roboris nota tumescãt, & inscindantur, exasperentur. Ex humiditatibus equidem acutis labra cõpungẽtibus, mordicantibus, exulcerantibusq; id malum aliquando prouenire dubium est nullum. Humiditates enim huiuscemodi interdũ vel ex capite destillant, aut ex stomacho ascendunt, aut à toto corpore corriuant, aut interdum per modum criseos adcidunt.

Notæ eius sunt apertæ. Inter quas tamen hoc potißimum considerandum, quòd si rimæ, vel pustulæ, aut vlcera in tertianis, aut alijs conspiciantur febribus, concoctione præeunte, signum esse laudabile, ideo quòd natura fortior reddita, huiusmodi superfluitates ad labra, tanquam viliora quorum caro est tenera, protrudat membra. Secus autem esset, si eiuscemodi in lingua conspicerentur rimæ, tanquam in membro nobi-

Notæ. Prognostica.

Rimæ in lingua.

liori, quod magis ex vi symptomatis alicuius mali, quàm ex naturæ fortitudine videretur adcidere.

Curatio. In curatione verò istiusmodi mali medicamentis arefacietibus, et adstrictorijs, cum quadam lenificatione indigebimus.

A causa calida. Sic rimis labrorum à causa extrinseca & calida euenientibus, adipem gallinaceum cum oleo rosaceo, & violarum administrabimus. Similiter & tragacanthæ succum, quem vulgus mustillaginem vocat, in aqua rosacea dilutum.

A causa gelida. Ex frigida autem accidentibus, mel rosaceum, tragacantham, gummi arabicum, mastichem, thus, in aqua rosacea confriata propinamus.

A causis intrinsecis. A causis verò intraneis erũpentibus rimis huiusmodi medicamẽto succurrimus, accipientes cerussæ lotæ, amyli, cadmiæ lotæ, lithargyri singulis ad placitũ, et cũ tragacanthæ succo, siue mustillagine cõcinnamus. Vel tragacãthæ, gũmi arabici dicti

æquè

æquè in aqua rosacea intinctorum capimus, cũ cerussæ lotæ, et lithargyri, & opij quibus contritis cum lacte muliebri, vel caprino rimosas partis illinimus. Oleũ præterea rosaceum cum succo plantaginis mistum in præsenti casu ab aliquibus valde commẽdatur. Sic & violarũ oleũ cum adipe caprino, anserino, gallinaceo, anatino.

Scissuræ ex mãmillarũ nutricis duritie, vel calore.

Euenit interdum vt infantium labra ex mammillarum nutricis duricie, vel calore, scissuræ incidant, quas facile cum lana, succo plantaginis minoris, & butyro, & adipe gallinaceo recẽti inuoluta, & rimis indita percurabimus.

Adfectionis descriptio.

Dẽtitionis symptomata.

Morbus vicesimussextus dentitio siue dentium productio.

Circa mensem ferè septimum, inquit Paulus lib. 1. De tuẽda sanitate ca. 9. Pueris dentes plerunq; proueniunt, atq; prorumpunt, quo quidem tempore gingiuarum maxillarũ, tendinumq; phlegmo-

nes quod est inflammationes nõ rarò etiam neruorum cõuulsiones infestant. Solent & alia pueris dentientibus plerunq; accidere mala, quorum quidem in scholijs nostris in Aegineta consarcinatis mentionẽ fecimus. Razes ex Galeni autoritate citat, dẽtitionẽ citam esse leuiorẽ, minusq; dolorificã esse huius productionẽ et imbecilliorẽ. Tardam verò durioris, robustiorisq; productionis, vehemẽtiusq; dolentis. Vernalem verò velociorem esse, & dolore carentem. Hyemalem autẽ fieri modo è contrario, siue gingiuarũ consummatione. Aestiuæ verò doloris parũ adesse. Hoc tẽpore scilicet dentitionis potissimum accidere gingiuarũ, maxillarumq; apostemata, & aurium pruritus, sanguinolẽtasq; fluxiones, febres, & diarrhoéam, hoc est, alui fluorem, siue eiusdem adstrictionem.

Dentitio.

Dentitio tarda, vernalis, hyemalis, æstiua.

Dẽtitionis symptomata.

Curatio.

Istiusmodi symptomatum, eorumq; curationibus Aegineta in suo de tuenda valetudine lib. meminit: admonẽs etiam,

Vt tunc temporis puero neque quicquam quod multo, aut difficili conatu commanducandum sit exhibeatur, sed gingiuæ digitis à balneo aßidua quadam fricatione palpentur, gallinaceorumq; adipe, aut leporino cerebro emollientur. Vbi verò dentes iam emicuerint, atq; prosilierint, lanam delicatiorem, atq; synceram ceruici, capiti, & maxillis adplicandam. Tum verò embrochamex oleo dulci, ac calido fouendam, auditorijsq; meatibus id instillandum. Eo etiam tempore infans vberiori nutriendus sit victu, nec non aqua calida lauandus.

Ex Neotericis autem sunt, qui in dentium productione gingiuas omni die bis cum butyro perungunt, atq; gingiuas cum hordei grano interdum perfricant pro leuiori dentium eruptione. In eiusmodi etiam casu aliqui mel infantibus administrant, quò ora eorum palatum scilicet, gingiuas, & linguam per- Neotericorum vsus.

ungunt addendo nonnihil thuris, & gly
Cerebrum leporinũ. cyrrhizæ. Porrò cerebrũ leporis attritum, & esum vtile esse Galenus se didicisse fatetur lib. 11. De simpli. medic. facul. pueris dentientibus, capite videlicet toto elixo, vt & ipse facere soleat. Nõ enim minimã ei vim inesse, sed similẽ melli, & butyro, & alijs quæ ad pueros dentientes conueniant. Quẽ fortè Auic. imitatus, cerebrum leporis post decoctionem de capite extractum cũ cypro, & butyro, & oleo de lilio dentientibus puerulis conuenire tradit. Lac caninũ in præsenti casu multum à sua
Dolori intollerabili ex dentiũ productione. proprietate conducere Auic. asseuerat.

In dolore autem immenso & intollerabili quidam gingiuas inungunt cum succo solani, tanquã narcotico medicamẽto, et
Butyrum. cum oleo rosaceo calefacto. Butyrum porrò cum melle mixtum quibus carnes adnatæ, hoc est, gingiuæ perfricatæ, optimè in dentium productione autoritate Gale. conducit, tum etiam quòd dolorem

& erosionem maximè abigat. Eadem & de canis lacte dentibus admoto ab aliquibus feruntur.

Morbus vicesimusseptimus, Gingiuarum maxillarum, tendinumq; phlegmones, quas Paulus parulides vocat.

SYmptomatum dentiebus accidentium in superioribus Pauli autoritate mentionem fecimus, quæ proculdubio ex Hip. Galeniq; monimentis decerpta sun. Ille enim Aph.lib.3.Ap.25.adserit. Morbi descriptio.

In progressu cum iam dentire incipiant, oriri tunc gingiuarum prurigines, febres, conuulsiones, alui profluuia, & maximè cum caninos edant dentes, & ijs præcipuè pueris qui sint crassissimi, & aluos habeant duros. Hic autem, Galenus videlicet, ait, liquere quod perforatis gingiuis à dentibus prodeuntibus, huiusmodi casus eueniunt, quemadmodum vbi stimulus infigatur carni, & sanè plus

dentes adfligāt quàm stimuli. Hi enim semel firmati, in mēbro quiescant, cui semel ab initio sint infixi: dētes verò semp procedere, & tantùm, quātū augeātur. Accidūt autē istiusmodi in puerulis facillimè & præsertim in craßißimis, & aluos duras habentibus, propter eorum corporum plenitudinem, & superfluitatum redundantiam. Quorum indiciua ex intuitu sunt liquida & manifesta. Est enim parulis, vt Paulus recitat, inflammatio circa, partem aliquam gingiuarū, quæ nō soluta, suppuretur. Differt autē ab epulide, scilicet supercrescēte ex inflammatione carne. Celsus lib 6. cap. 13. iuxta dentes in gingiuis tubercula quædam oriri docet dolentia, quæ παρουλίδας Græci adpellent. Quanquam in quibusdam eius exemplaribus παρωτίδας, sed falsò legitur.

Causæ. Notæ. Parulis. Epulis. Tubercula iuxta dentes.

Curatio. Curatio verò in hunc obseruatur modum, ex Auicenn. præscripto, vt puerulì lingua digito molliter comprimatur:

dein

deinde autem oleis ut chamæmelino, & melle: aut melle & resina terebinthyna confricetur, atque caput aqua multa prius calida abluatur, ex decocto verò chamæmilæ & anethi. Quem quidem curandi modum nonnulli in quinq; administrandorū medicamentorum digerunt partes. Curationis partes quinq;.

Prima est ut gingiuæ inflatæ cum digitis leuiter attrectentur, quò ab eis humiditatum tumores indesinenti compressu amoliantur & discutiantur. Prima. Secunda ut eiuscemodi gingiuæ tumidæ ex oleis & pinguedinibus in puerorū dentitione recitatis molliter perfricentur, veluti sunt leporis cerebrum & adeps gallinaceus, sumēdo uniuscuiuslibet drac. unā quæ simul in mortario contusa, & in formam unguenti redacta, quo calefacto gingiuæ demum cum panno molli, aut digitis perfricentur. Secunda. Tertia, ut gingiuæ, tendinesq; cum melle, & oleo chamæmelino commistis, confricētur. Tertia. Mel enim exterit, exiccat, Mel.

& humores delinquentes extergit, cum oleum chamæmelinum dolorem ſedet.

Quarta.

Quarta, vt cũ melle & reſina terebinthyna ſimul ſub æquali pondere ſumptis gingiuæ perfricentur. Reſina enim iſtiuſmodi calefacit, mollit, & diſijcit collectiones omnes, repurgat, teſte Dioſcoride.

Reſina.

Quinta.

Quinta, vt fiant embrochæ, ſiue effuſiones aquæ calidæ ex decocto chamomillæ & anethi. Accipiũtur enim florum chamomælinorum & anethi cuiuslibet manipulus vnus, & in aqua fluminis, ſiue fontana, feruere vnico coquuntur, in duarum librarum pondere: ex quo decocto infantis capiti, manè, & ſtomacho ieiuno, et calidè infunditur. Conſtat enim eiuſmodi embrocham cerebri ſuperfluitates per cranei ſuturas exterere, & à loco adfecto diuertere, cerebrumq́ ipſum corroborare.

Embrochæ deſcriptio.

Morbi viceſimuſoctauus, & viceſimuſnonus Gingiuarum prurirus,

tus, qui ὀδαξισμὸς à Dioſcoride dicitur: & Gingiuarum caro ſuperflua ἐπουλὶς à Paulo vocata, à Raze autem Veſica.

IN gingiuarum morbis conſiderandum eſt, Pruritum tantummodo feſtinantibus ad eruptionem dentibus infeſtare puerulum, qui à Dioſco. ὀδαξισμὸς dicatur. quum ὀδοντίασις ſolùm ipſa dentitio prorumpentibus dentibus vocetur. Hinc etiam duo alia ſuboriri morborum genera, quæ à Græcis, παρουλίδες, de quibus in ſuperiori dictum eſt morbo, & ἐπουλίδες enumerentur. Voces hæ quidem quaſi ſimiles, ſed diuerſas res ſignificantes. Eſt enim iuxta Paulum παρουλὶς abſceſſulus circa gingiuas factus, qui niſi ſoluatur, ſuppuretur. Ἐπουλὶς verò caro ſuperflua ex imflammatione in extremo molari dente, cui dolor, & interdum febris iungatur. Celſus verò, vt prius oſtenſum eſt, parulidas (licet paroti-

Adfectuũ deſcriptio.

ὀδαξισμὸς.

ὀδοντίασις.

παρουλίδες.

des in codicibus vulgatis legatur) tubercula dicit in gingiuis iuxta dentes dolentia. Illud præterea mali genus Haliabas Auralem, hoc abulem vocat: Auicenna verò Boralē, & carnē additā. Istiusmodi porrò carneæ excrescētiæ, ab inflāmatione scilicet exurgente Raz. meminisse videtur, & in puerilium adfectuum numero posuisse cap. 14. quam vesicam in ore puerorum cōtingentem nominat: in primaq́ ætate eorum accidere, vel ex lactis corruptione, vel acuitate: atq; eiuscemodi vesicam aut nimis acutā esse, aut perparum.

Auralis. Abulis. Boralis. Caro addita. Vesica in ore puerorum.

Indicium proinde huius mali esse ruborem, & doloris vehementiam, saliuæq́ fluxionem. Minus tamen acutum nonnihil albescere, & quasi indolorificum esse cum humoris ad os defluentis copia, vt idem recitat autor.

Causæ. Notæ.

Pruritum autem duobus medicamentis curari Auic. docet: ex oleo scilicet, & cera, & carne putrida salita, in hoc

Pruritus curatio.

proculdubiò Aeginetæ autoritatem secta tus, qui in lib. De tuenda sanitate, de curatione pruritus puellorum ita, inquit: Quòd si pruritu, gingiuarumque commor- sionibus puellus torqueatur, non fomentationibus modò sed abundanti quoque vnctione ex oleo crudo, non sine modico ceræ liquefacto vtendum censeat. Præterea gingiuarum pruritus salsamenti veteris carnem veterem lenire. Nos olei oliuarum immaturarum, quod Omphacinum dicitur, vncias duas capimus, ceræ semunciam, quibus commistis, vnguentum concinnamus, quo dolor compescitur, calor obtunditur, excrescentiæque detumescunt. Itidem per carnem salsam, quæ salsamentum vetus à Paulo dicitur, quòd Græci ταριχὸν vocant, vnde tarichia, hoc est succidia veniunt, gingiuarum adfectus ille extergitur, & excrescentiæ coguntur, stringuntur, siccantur. Sunt autem aliqui, qui

Pauli verba.

Caro salsa. Salsamentum vetus. Tarichia. Succidia.

hosce

hosce malum, cum eiusmodi curent medijs. Ordinantes scilicet, imprimis febricitantium more nutricis diætam: deinde verò gingiuas, & collum, & fauces cum oleo violarũ, & ceræ modico illinũt. Caput autem cum aqua ex decocto chamomillæ, meliloti, violarum, rosarum irrorantes: ventrem quoq; cum aniso, & rosis in aceto emollitis in forma emplastri fouent: ventriculo etiam absynthium, & mentam cum rosis imponentes. Nonnulli gingiuis dolorificis, aut propter erosionem, aut caninorum dentium productionem, plantaginis & corticis celsi arboris quidpiam puerorum ori inferunt.

Excrescentiarum curatio.

Razes autẽ excrescentiarũ curare malũ cum nutricis lacte correcto, docet, & cum oleo frigido, & humido. Deinde verò nõ nihil de lentibus masticandũ esse, oriq́; puerorum indendũ, fortè ob abstringẽdi vim & naturam quæ lenti inest. Aut amyli parum sumendum esse, & cum aqua rosa

cea

cea infriandum, demum gingiuis administrandum. Siue ori puerorum ex aquis malorum, ut punicorũ, cotoneorũ, macianorum: aut ex succis gelidis, ut lactucæ, portulacæ, aut id genus aliis ingerẽdũ esse.

Vesicis autem parum acutis, ut ipse vocat, & albescentibus, myrrhæ, croci æquè drachma una, contusis, & cum sacchari duplò superponendum esse. Vesicarũ parum acutarum curatio.

Morbus tricesimus, aphthæ Græcis, alcola, Auicennæ, calaba, Haliabati, oris vlcus Plinio.

INter oris vitia & aphthæ reperiuntur mala scilicet ulcera, præsertim in pueris, quæ ἄφθας Græci vocant. Huiusmodi enim vel alba, vel rubra, vel nigra sunt: interdumq; crustas, his quæ ab ignibus fiunt non dissimiles emittentia. Interdum etiam quasi depascẽdo linguã, & palatum erodentia. Quæ quidẽ Auic. alcola, Haliabbas calaba vocat ulcera. Aphthæ. Alcola. Calaba. Morbi descriptio.

Eiusmodi quoque oris vlcera, quibus apud Græcos aphthæ cognomento sit, Paulus quoque in lib. De tuenda sanitate explicat: plerũque etiam nuper natis incidere, alia quidem subcandido, alia rubescente, nonnunquàm atro colore, & qualis in adustorum crustis videatur, quòd omniũ periculosissimũ, & maximè lethiferum esse dicatur. Proinde eiusmodi oris vlcera, quæ Aphthæ dicantur in ætatibus talia contingere Hippocr. Aphoris. lib. 3. Aphoris. 24. indicat, etiã paruis, & nuper natis puerulis. Quem quidẽ diligentius quæ ad ætates attineant Hippocra. considerasse Galen. interpretatur: apudq; Græcos istiusmodi vlcera Aphthas vocari, quæ summam oris occupent partem, ob mollitiem maximè facta instrumentorũ, quæ scilicet neque tactũ, neque lactis sustineãt qualitatem, quòd non paruã in se serosam contineant partem: huiusmodi autẽ partem vim habere abstergendi. Quare non

aphthæ.

mi-

mirũ esse, si in corporibus mollibus quasdã per summa facere exulcerationes.

Celsus verò lib. 6. capi. 11. de coloribus istorum vlcerum mentionem facit nullam, tantum ea esse periculosissima scribens: sed in pueris, hos enim sæpissimè cõsumere, in viris verò, mulieribusq; non idem periculum esse: atque à gingiuis incipere, deinde palatum, totumq; os occupare, tum ad vuluam, faucesq; descendere, quibus obsessis non facilè fieri, vt puer reualescat. Porrò Plinium huiusmodi malum, plerunque oris vlcus adpellare, sine certa proprij generis adpellatione in Scholijs Æginetæ nostris demonstrauimus. Oris vlcus.

Ex quibus iam recitatis patet hæc vlcera ex quolibet humore progigni posse, pueris tamen potissimum ex lactis acrimonia, & concoctionis infirmitate euenire. Pueri enim lactis nimium adpetentiores, in ventriculo eorum tandem cor- Causæ.

rupti vapores sursum euehuntur, idemq; malum alliciuut.

Notæ. Eiusmodi autem mali notas ex colore dijudicandas esse, autores ponunt. Veluti albedinem pituitosam, & salsam indicare redundantiam: Croceum verò colorem, bilẽ rubeam, & inflãmationis vehementiam: nigredinẽ verò bilẽ atram: ruffum autẽ & præclarũ, sanguinolẽtiã.

Lactis proba. Hinc nonnulli lactis probam in casu præsenti singulariter prodidere, inspicientes an lac ad spiceum colorem se inclinet. Post hoc autem an in specillo, siue vngue defluat certissimum malitiosi lactis esse argumentum scilicet nimiũ tenuioris, tanquàm ex concoctricis facultatis vi imbecilliori proueniẽtis.

Prognostica. Quo lacte ita adparente, infallibile tunc istiusmodi mali subinde prorupturi fore prognostica, adseruere. Proinde vlcera eiuscemodi sine apostemate euenientia, atque minimè hincinde deambulãtia manifestè, neque

pro

profunda, plerunque salubriora esse. Nigra verò aliorum comparatione valde exitiosa. Pestilentißima esse omnium ex atræ bilis succo orta. Præterea vlcera in oris superficie contingentia, populariter hinc inde vagantia esse, ob caliditatem istiusmodi loci inseparabilem, atque cutis eius humiditatem leuem. Vlcerationes enim in ore subortas, habere quidpiam igneæ caliditatis, Gale. in lib. 6. capi. 4. De compositione pharmacorum meminit. Proinde mala huiuscemodi oriri, & pluuiarum, & febriũ pestiferarũ tẽporibus, fertur. Perpetuò tamen illa esse deteriora quæ difficulter maturescant, & quæ sint atra. Salubriora è diuerso esse quæ sint albi, aut spicei coloris. Iuuat etiam hîc meminisse, non tantum oris vlceratioues adpellari aphthas, sed & aliarũ partium, & maximè pudendorum, fortè quòd ignea quadam caliditate huiusmodi vlcera ardeant, & sint quasi incensa.

Aphthæ igneæ caliditatis nõ nihil in se habent.

Aphthæ non tantũ oris, sed & alijs corporis partibus attribuuntur.

Curatio. Curantur facilè, inquit Gale. vtpotè cũ moderatè adstringentibus medicamẽtis, fieri tamen interdũ diuturna huiusmodi vlcera, atque ægrè solubilia, temporisq́ progressu putredinosi quidpiã adquirere, quod à medicis Nome adpelletur. At

Nome.

puerorum vlcerationibus nonnihil leuioribus medendũ est pharmacis, quandoque etiam cum lactis correctione. Scripta sunt itaque nonnulla à nostris ad ipsas moderata medicamenta, tanquàm ad eas quæ nihil mali in se habeant. Equorũ numero est violarum tritarum exhibitio. Albas violas & siccas cum melle tritas Galenus illinendas prædicat. Solent enim hæ interdum ex se huiusmodi vlcerationum caliditatem, cum frigiditate, & humiditate suis extinguere, cursumq́ eorum vagum, siue expansionem, vt Auicenna scribit, impedire. Has enim cum melle oris vlcera compescere, quas aphthas dicant, Dioscorides etiam lib. 3. capi. 129.

Corporibus fortioribus fortiora medicamina sunt adhibenda, & è contra.

Violæ siccæ, tritæ.

con

cõuincit. Quæ si per se inualidiores essent, rosas his & lentes addere possemus, recipientes, violarum recentium vnciam vnam: rosarum rubearum, lentium singulorum semunciam, demum trita adponantur. Secundum est lactucæ, solani & portulacæ succorum administratio. Eo quidem dolorem vlcerum mitigari, & materiæ delinquentis, & percurrentis ardorem contundi, caloremq́ indesinenter adcurrentem protrudi, dilatationemq́ vlcerũ prohiberi, quotidiana docet experientia. Tertium est Glycyrrhizæ succus, qui sua temperatura in caliditate, & humiditate, maturat, digerit, humorem, repercutit, dolorem miris modis mitigat. Quartum est autoritate etiam Pauli, crocus, modicum myrrhæ, galla, thus, cortex thuris, aut vnà simul & semel, aut sigillatim, seorsimq́ue, melle irrigata, & excerpta. Quibus nostri remedijs in hunc vtuntur modum.

Lactucæ succus.
Solani succus.
Portulacæ succus.
Glycyrrhizæ succus.

Pharmacũ cõpositũ.

Recipientes myrrhæ, gallarum, corticum thuris æquè drachmas duas, quibus exactißime tritis, & cum melle irrigatis in forma vngēti vlcera illinunt: quo medicamento mala hæc vlcera exiccantur, & materia delinquens absumitur, loca adfecta corroboratur, & solidiora redduntur. Quintum est moris arboris pomorum immaturorum succus, quem in æneo vase decoctum, aut insolatū, adstringēdi vim, & naturam adquirere, Dioscor. tradit. additoq́ illi exiguo melle ad destillationes facere, atque ob ea quæ pascendo serpant, atque ad tonsillarum inflammationes. Mora itaque cū minus nisi cum melle conseruentur, medicamēto isto, in eiusmodi malis vtimur, quod Dia morum appellare, solent. Sextū est succus vuæ acerbæ, siue immaturæ, cuius libræ duæ coquātur, mediocriter vsque ad tertiæ partis consumptionem, quo colato, & vitreo vasi imposito, insoletur vsque ad iustam densi

Mori arboris pomorum immaturorum succus.

Dia morū.

Vuæ acerbæ succus.

densitatem, sicq; usui necessario conseruetur. Eodem modo fieri debet, atque cum alijs in hoc casu congruentibus succis. Septimum autoritate Pauli est aqua mulsa, quod Græci μελίκρατον nominant, & mali denique punici dulcis cremor, de quibus in Commẽtarijs super eodẽ autore verba fecimus. Persuadent tamen nostri, ut post istã aquam mulsam, veluti extergentem, digerentẽ, extenuantem, nonnihilq; refrigerantẽ, exiccatoria adhibeamus medicamenta, veluti sunt Gallæ, cortices thuris, & alia id genus, ad linguæ tantum oris carnes corroborandas. Octauum, Auic. est remedium, quãdo scilicet alia minus iuuerint auxilia, recipiẽs radicum Chelidonij exiccatarũ, cor. malorum punicorum, balaustiorum, rhus, hoc est, sumac, singulorum drachmas 6. gallarum drachmas tres, aluminis scissilis drachmas duas, quæ trita, loco adfecto prius aqua mulsa, vel vino eloto su-

Aqua mulsa.

μελίκρατον.

Remediũ Auicẽnæ.

Medicamẽ cõpositũ. per aspergi iubet. Recentiores tamen ex huiusmodi medicamentis talem concinnant compositionem. Sumunt enim succi portulacæ, sumac, myrti, corticum mali punici, aluminis, in oleo coctorum, & loca dolentia illinunt. Auicenna istiusmodi vlcera cum sacchara, & camphora tantum sanat. Satius tamen esset vt in pueris hoc malum cum diætæ, quãtum fieri posset, & lactis correctione emẽdaretur, siue curaretur.

Morbus tricesimusprimus, Ranula in lingua, quam Græci βάτραχον vocãt: atque de linguæ resolutione, & grauitate, puerorumq; balbutie.

Descriptio Batrachi. BAtrachus, inquit, Paulus, est tumor cum inflammatione sub lingua, maximè pueros infestans. Hunc morbum Auicen. cum alijs Arabibus Ranulam vocat. Quem quidem adcidere ferunt, Ranula.

quan

quando ſub lingua apoſtema durum accidat, & diſtendatur, & oppleantur venæ linguæ. Adparere ſiquidem inſtar ranæ exceptis eiuſdem extremitatibus.

Cauſam autem huiuſmodi mali eſſe, humiditatem viſcoſam, cuius materia ſit pituita. Oriri præterea ſub lingua iuxta dentes anteriores in modũ carnis, ſiue tumoris carnei: quo fieri, vt lingua adaperta quaſi alteram adparere linguam. Proinde ob immenſum eius loci dolorem, & tumorem, qui in gula contingat, febrem ſæpiſsimè ſuboriri, Gulielmus Placentinus tradit: hinc pueros etiam ſuffocari, & interdum mori. Porrò de linguæ reſolutione, ſiue ſermonis pronunciatione tarda, & titubante, Auicennæ iudicium eſt eiuſmodi impedimẽta euenire ex humiditatibus in neruis, & muſculis in ſubſtantiæ linguæ retentis. Cauſæ. Linguæ reſolutio.

Ranulæ præterea notas eſſe, G. Placentinus Notæ.

tinus prodit, quum ab vtraque parte ligamenti linguæ quædã prominẽtia sphærica instar ciceris, vel fabæ conspiciatur, quæ alias duas ad inuicem cõtinuet. Linguæ verò resolutæ, & grauedinis in ea eiusmodi sunt indicia, vt paralysis vniuersalis: & fluxio humiditatis inuoluntaria ab ore, vt rectè effari, siue proloqui, seu pronunciare nequeat.

Notæ.

Progno-stica.

Atqui paralysim chronicam, & balbuciem innatam nunquàm curari exactè autores cõfirmant, nisi in pueris nonnunquàm adolescentiam cõtingentibus corrigi interdum concedant. Haud secus & linguæ grauedinem ab ortu per aliquot annos perdurantem difficillimè, vel nunquàm abditurã, autores adfirmant: præcipuè vbi cum surditate adciderit: præterquàm in pueris licet per vnum, atque alterum hoc malo durante, annum, interdum in processu curari.

Curatio.

Curam istiusmodi mali celeritatem

requi

requirere, G. Placentinus indicat, propter communionem quam cũ canna pulmonis habeat. In cuius quidem curatione adhibentur perfrictiones, quæ fiunt cum origano, persico, & malorum punicorum cortice, & sale. Sunt qui pueri linguã tarde effutientis multum cum sale, & melle perfricent. Puer quoque vt linguam suã moueat sæpissimè admonendus atque ad effandum est indesinenter instigandus. Perfrictio linguæ quotidiana cum saluia multùm commendatur. Perfrictiones.

Morbus tricesimus secundus Cancri in ore puerorũ, qui à Græcis καρκίνοι & καρκινώματα dicuntur.

I*N omnibus & singulis corporis partibus cancros oriri posse Aegineta testatur: siquidem non oculis modò, verùm & mulierum locellis, tum alijs corporis partibus, & quidem permultis, præcipuè tamen & sæpius in fœminarum* Morbi descriptio.

mam

mammis sese insinuare: quippe raritate sua laxæ & fungosæ hæ partes, crassissimam atræ bilis materiam (nam inde hoc malũ gignitur) quàm promptissimè admittere, & sponte quasi sua excipere.

Autorum circa puerorum cancros disceptatio.

An verò huiuscemodi malum puerorum corporibus ingruat, apud autores super hac re nonnihil ambigentes disceptatum est. Equidem Auicennæ est sententia, Fen.1.lib.1.Doct.3.capi.3.solorum infantium ab ipsa infantili ætate temperamentum in calore ferè esse temperatum, in humiditate verò nonnihil excedens: quare difficillimè fieri, vt eiusmodi corpus, hoc malo melancholico corripiatur. Ad hoc ob temperamenti istiusmodi in pueris imbecillitatem difficulter hoc malum in ipsis pueris euenire posse, nonnulli rati sunt. Nã citius eos ab eiusmodi morbo interimi, quàm aliquo modo adfici. Rarissimè tamen id, esto contingat interdum fieri.

Infantium temperamentum.

Ob quam rem non operæprecium esse visum est, hîc circa istiusmodi mali indicationem, siue curationem multùm immorari, præcipuè quum rarenter in pueris eueniat: atque quod vbi semel irrepserit, grauißimæ, & incurabilis (teste Aegineta) curationis existat, ob humoris crassitudinẽ, qui neque extrudi, neque auelli, neque discuti poßit. Adhæc quod neq; purgationi totius corporis (quod in pueris nequaquam admittitur) cedat, sed admodum malitiosæ naturæ sit, vt mitiora remedia floccifaciat, asperioribus verò intolerabilius incitetur. Præterea posse quidẽ hoc malum primum emergens, quò minus inaugeatur, impediri, melancholici humoris deiectione, prius tamen faciendum hoc esse, antequàm radices in membro adfecto egerit.

Dicitur porrò hoc malum καρκῖνοι vel καρκινώματα, vel quòd venæ circa eos plenæ, & extentæ instar ani- Cancer vnde sic dicatur.

Cancri & carcinomatis differentia.

malis cancri sint: vel quòd adeò pertinaciter inhæreant loco quem adpræhenderint, vt animal cancer. Sunt qui cancrum à carcinomate seiungāt, illum ab his quæ extrinsecus accidunt oriri, dicentes: Hoc verò in corrupta aliqua interius parte innasci. At carcinomata latentia Marcellus vocat, non quòd in occulto constituta sint, sed quia nondum exulcerata iuxta Græcorum medicorum autoritatem, & præcipuè Hippocratis in Aphorismorum libro. Esse prætereà carcinoma, inæqualē, glomerosum, liuescentem, aspectu tetrum, & cum dolore tumorem, omnes humani corporis partes obsidentem. Constat autem ex superioribus Aeginetæ dictis, ex crassissima nigræ bilis materia hoc malū suboriri. Nanque cum ex huiusmodi humore referbuerit carcinoma subinde subnascitur, eamq́; ob causam nigro liuescit colore. Estq́; cum exulceratum, & cum nondum exulceratū, quod κρυπτὸν Hippocra

Carcinomata latētia.

Carcinoma quid sit.

Causæ.

Cancer exulceratū, & nōdum exulceratum.

pocrates vocat.

Iuxta cuius præceptũ in curatione eius hoc potissimum obseruandum, vt ante eius exulcerationem, quantum fieri potest, eius exulceratio, & incrementum differatur. Occultos præterea omnes melius esse, vt non curentur: curati enim citius pereant: non curati verò longius perdurent. Quum autem incertum adhuc sit (nam Medici certant, & adhuc sub iudice lis est) an pueris, vt superius perstrinximus, hoc malum contingat, plura adhuc alia, quæ hîc aliâs recitanda essent, omittamus: tantum aliquot in curatione istiusmodi mali, in puerorum reperti, antidota, à nonnullis, vt creditur, experientia cognita inferemus. Ferunt enim Crystallum tritum & ori cancro adfecto impositum, quo ad dies decẽ perfrictum os infallibiliter curare. Identidẽ de cornu ceruino, & mali punici cortice contritis, & ori inspersis, siue proiectis differunt. Ad

Curatio.

Crystallus.

Cornu ceruinum.

Mali punici cortex. Solani succus.

hæc solani succum, linteolo molli, & duplicato in ipso irrigato, & canceri impositum Aegineta plurimum commendat. Foris etiam ipsam lanam mollem in ipso cremore madefactam idẽ tradit autor, inyciendam esse, prospiciendumq́ ne exarescat, succo scilicet perpetim infuso.

Morbus tricesimustertius Angina, cuius genera Græci ponunt quatuor, vt Συνάγχη, Παρασυνάγχη, κυνάγχη Παρακυνάγχη. Eadem & Tonsillæ à nonnullis dicitur, quam Barbari Squinantiam hactenus vocitauere.

Morbi descriptio.

Anginæ sunt inflãmationes.

PRæceps hoc malum esse, & circa collum, Galenus in suis tradit diffinitionibus, strangulationeq́ mortem facere, inflammationesq́ esse Anginas, quæ in nonnullis forinsecus tamen, & in collo cum tumore contingant: aliquibus

bus verò intra tonsillas, tum respirationis instrumenta adfici, quibus adfectis spiritum postea angi. Porrò idem in alio loco inculcat autor, anginas esse inflammationes circa collū, quæ si interiori parte eueniant, citißimè tunc, & præcipiti strangulatione perimere. In parte verò exteriori vbi contingant, minus tunc periculosas esse, minusq́; strangulare. Quæ quidem Paulus Aegineta cuncta anginarū genera, cum partibus in quibus eueniāt, etiam certis adpellationibus distinguit. Nā lib. 3 De arte medendi cap. 27. recitat, inflammatum faucium interioribus musculis, eam oris adfectionem fieri, quæ Græcis συνάγχη, Romanis angina dicatur. Exterioribus autem phlegmone infestatis, ea quæ παρασυνάγχη vocetur. Et hæc prima anginarum diuisio, atq; ex loco in quo contingat indicatio est. Altera verò quam idē subiungit autor, est vbi eodē modo, & in gutture, cuius interiores musculi inflā-

Diuisio.

Anginæ genera ex Paulo.

Synanche. Angina. Paracynanche.

mentur, cynanchen fieri: exteriores autem paracynanchen: quæ quidem apud Græcas voces, vel in nullo aut exiguo discrimine aliquando misceantur, quum ab re neque penitus differant: quia omnium ferè eadem euenta, sint, nec admodum dissimilis omnino curatio. Hoc etenim vniuersum mali genus in respirationis instrumẽto fieri, nisi quòd aut foris, aut intus, summís ve aut inferioribus eius instrumẽti partibus, mali ea vis ingruat, sicq; diuersas à Græcis adpellationes inueniri. Quũ autẽ omniũ vnus, ideq; in strangulando euẽtus, sit, ex eodem verbo, vt Marcellus recitat, ἄγχειν omnes adpellârint, quod Latini anginam ab angendo nominent. Parischmia, & eorum inflammationes, à nonnullis vt ab Hippocrate, & Celso Tonsillæ nominãtur. Ille enim Aph. lib. 3. Apho. 26. tertiam puerulorum ætatem huiusmodi paßionibus capi, scribit, quarum primas tonsillas vocat: quas locorum ad isthmum attinentium

Cynanche.

Anginam Græci ἄγχειν adpellunt.

Tonsillæ.

tium inflammationes Galenus interpretatur. Esse autem Isthmũ partem illam quæ os & gulam interiaceat. Istiusmodi verò tonsillas esse nonnunquàm solius tunicæ ventri, ac gulæ & faucibus, totiq; ori cõmunes inflammationes: interdum etiam & subiectorum ipsi musculorum, quando & vertebræ quæ sit in occipite, fiant ad interiora motiones. Torqueri autem huiusmodi cynanche pusiones non raretèr Aegineta testatur, quum vertebræ colli doleant quà sint rarißimæ. Hippocrates autem non in recèns natis puerulis hoc malũ accidere intelligit, sed de ijs qui mediam habeant ætatem, inter illos scilicet qui dentes ediderint, & qui pubertati sint proximi, minimè ignorans & istis nihilominus cerebrum humidum, & plenum superfluitatibus (quæ certißimæ huiusmodi mali sunt causæ) inesse, adeò etiam quòd subiectis partibus demittant fluxiones. Attamen istos hac ætate existentes prius

Isthmus.

Pusiones cynanche frequenter corripiuntur.

Hippocratis sententia.

Causæ.

emori, ſubintellexit, quàm ſubiecti faucibus muſculi (vt Gal. indicat) vnà cum neruis fortem ſubeant inflammationem.

Notæ. Omnium porrò eadem euenta eſſe Aegineta dicit, videlicet non niſi recta ceruice ſpiratio, quæ ὀρθόπνοια dicitur: & dolor cum difficultate reſpiratio, quam δύσπνοιαν Græci nuncupant: in nonnullis etiam febris, ruborq́ cũ vultus, tum colli, atq; tumor quoq; in quibuſdã, tum ſanè os perpetuò hians atq; diductũ, & deglutiẽdi difficultas. Celſus interdũ neq; ruborem neq; tumorem adparere vllum adſerit, ſed corpus eſſe aridum, ſpiritumq́ vix trahi, membra ſolui. Interdum verò linguã, fauceſq́ cum rubore intumeſcere, vocem nihil ſignificare, oculos verti, faciem pallere, ſingultumq́ adeſſe. Cõmunia verò illa huic malo ineſſe, ægrum cibum non deuorare, neque potionem, ſpiritumq́ eius includi.

Orthopnoëa.

Dyſpnoëa.

Prognoſtica.

Lenius tamẽ eſſe vbi tumor tantummodo & rubor inſit. In febre præterea forti

anginam esse periculosam, autores decernunt, & sæpius mortis causam ob vehementem respirandi necessitatem. Ad hæc strangulatus fortis, & vehemens perniciosum est malum quia in gargareone, vel epiglottide euidens nocumentum esse portendit, respirandi, inspirandiq́ facultatis impedimentũ. Interitus etiã præsentissimũ esse indicium Hippo. prognosticatur: quãdo colli color rubeus ad liuidum, fuscum, albũq́ inuarietur, & sudor sub axillis, vel inguinibus suboriatur: nam in secũdo plerũq́ die internecionẽ adesse. Spiritus enim introrsum ferũtur, & vapores qui respirãdo exeri nõ possunt, per aliam viã magna cũ difficultate propulsantur. Porrò strangulatos ac dissolutos, nõdum verò mortuos minimè referri Hippo. adserit, quibus spuma circa os fuerit. Ab angina autem habito si tumor fiat in collo bonum, foras enim morbum deduci.

Deploratis itaq́ & incurabilibus ne- Curatio.

quaquam, autoritate Pauli manus auxilij causa admouenda. Adultis enim vena cubitus adaperienda, aluusq́ eorum clysmate ducẽda, quòd in infantibus nequaquam admoliendũ, sed balanis, siue glandibus ex melle & sale, cum modico colocynthidos proritanda est, quò humores ad inferna deducantur, vaporumq́ copia ne sursum ascendat, locumq́ dolentem adficiat, impediatur. Deinde verò simplici diamoro medicandum erit, quod & ab initio statim exhibendum esset. Nobilius autem fieri, quod ex syluestribus moris concinnatum sit. Diamoron Aegineta adfirmat: Dioscor. etiam mororum succum expressum in vase æneo decoctum, aut insolatum decoctũ, adstringẽdi vim, & naturam adquirere, cõuincit: additoq́ illi exiguo melle, ad destillationes facere & tonsillarum inflammationes. Quare in morbi initio, nostrates de immaturis moris succum commendant: quasi magis

Diamoron simplex.

Diamoron ex moris syluestribus nobile.

adstringentem, & locum adfectum corroborantem, humoresq; adfluentes impellentem. Morbo verò in summo vigente, tum de maturioribus succum cõpetere: nẽpe caliditate & humiditate suis humores maturare & discutere. Ob quam rem diamoron cũ melle rosarũ administramus. Haud dißimiliter & hirundinum cinerẽ (syluestriũ dicit Aegyneta) hîc conferre cõpertũ est. Vulgus verò sacculũ milio, & sale onustum atq; torrefactũ capiti ad exiccandum tum discutiendum humiditates gutturi incumbentes adplicat. Lanis autem succidis collum vtiliter protegimus, siue irrigationibus olei oliuarum, aut chamomæli no, ad dolorem sedandum, atterendum, fouemus. Paulus cum hordeacea polenta cataplasma imponendum esse, præcipit, plurimum enim expedire. Mulierculæ autem nonnullæ sericeum filum collo adponunt retortum, forsan ex Auenzoaris testimonio hinc persuasæ, qui filum seri-

Hirundinũ syluestriũ cinis.

ceum cum quo vipera sit strangulata, demum collo adpensum, ab angina liberare docet. Nos communiter collo cataplasma ex oleo chamomælino, & lana succida administramus. Ad hoc diamorō cum aqua tepida osculo imponimus.

Morbus trigesimusquartus, Tussis, & Coriza.

Descriptio Commune quidem Coryzæ catarrhi, raucedinis, tussisq́, excrementosum, à capite humoris in partes subiectas descensum Aegineta testatur lib. 3. de arte medendi cap. 28. quem ait, in nares destillando ingruentem, & easdem adgrauantem Coryzam nomine dici: per palatum verò in fauces influentem catarrhum simpliciter adpellari: eūdem verò in guttur, asperamq́ arteriam delatum, interioremq́ eius membranam salebrosam reddentem, voce rauca concomitante, branchum, siue malum arteriacum nominari

Coryza

Catarrhus

Branchus

nari. Nec tamen hoc modo, est capite scilicet cadēte catharro, raucedinem prouenire, sed etiam ex vehementiore & altiore vociferationis conatu, & frigidi aëris, siue spiritus ingressu pariter sentiri cum inflammatione. Quo malo diutius perseuerante, fluxuq; hoc in pectus, pulmonesq; descendente, moleficas tunc, ac periculosas subsequi tusses. Istiusmodi tußicula & destillationes pueris euenire Auicen. libr. 1. Fen. 3. Doct. 1. capi. 3. Idem & Razes Libro de puerorum adfectibus, capi. 35. & in prima eorum contingere ætate cōuincunt. Quorum quidem sententijs etiam Hippocrates in Aphor. lib. 3. Aphoris. 24. alludit. In ætatibus autem inquit, talia contingunt, paruis, & nuper natis puerulis, oris vlcera (quæ aphtha vocantur) vomitus, tusses, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates. Qualis autem, Galenus, inquit, per vomitiones in ven-

Malum arteriacum.

tricu

triculo expultricis facultatis est actio, eiusmodi etiam per tusses, & in pectore, & in pulmonibus. Nam si causa quæpiam molestiam adferens, siue ventriculi osculum, siue respirationis meatum obsideat, protinus animal vel vomitione, vel tußi vexetur. Veluti enim inter pariendum vterus, ita inter vomendū verò ventriculus moueatur. In tußi verò multo aliā rationem esse, pulmones enim non posse tā vehemēti concitari motu, vt id explodant, quod molestum sit. Quare naturā auxilium adinuenisse: inspirato enim in asperas arterias aëre externo, quū ipsæ sint cartilagineæ, ac duræ, neq; cōtrahi poßint, circa id quod in ipsis contineatur: faberrimè machinatam esse vehementem hanc spiritus ad exteriora motionem, quam tußim nomi-
Tußis. nent. Itaq; tusses vehementer pulmonibus incumbere, vt multam, eandemq; confertam excitent inflationem. Quicquid enim spiritum intercipiat, id semper tußi
rei

reijci oportere, siue id fuerit humor è capite defluens, vt in destillationibus, siue aliquid in asperis arterijs coaceruetur, vt in peripneumonia, pleuritide, & in conuexarum iocinoris partium phlegmone, aut in gutturis ipsius asperitate.

Huiuscemodi enim causis tußim sæpissimè fieri constat: in pueris autem plerunq; ex importuna lactis ingurgitatione ad asperam arteriam descendentis, siue quòd capita habeant omnino humida, è quibus humiditates ad pectora defluãt, tussim proritantes. Nulli enim dubium est, ex vdis cerebellis, atq; plenis, nonnullas superfluitates ad guttur, pectusq; procidere, destillationesq; ciere, è quibus tusses excitentur. Ad hæc quòd pueruli in vtero materno aëris calidi assuefacti, demum in lucem prodeuntes, gelidi aëris impatientes, tußiant. Sæpius autem ex distemperamẽto tußis incitatur, quandoq; videlicet, calidiore, vt in febribus, interdum frigidiore, vt Causæ.

vt in flatibus aquilonijs, quæ aridior plerunq; est.

Notæ. Cuius scilicet, & aliarum omnium tussium, per se satis innotescunt notæ.

Prognostica. Inter eiusmodi tamen nonnullæ mali cuiusdã portenta esse, autores adserunt: vt si diu perseueret tussis, inueterataq; fiet, & vehemens, siue fortis tunc ad phthisim, hecticã, & ad herniam, venæ pectoris, siue inguinis prouenire. Et si tussis cum destillatione perdurarit, exitiosa erit. Sic omnis materia per tussim commota, exitusq; difficillimi, aut nullius contumaciter deprehensa, virtute imbecilla mortem portendit, hoc est suffocationem.

Curatio. Præsidia verò quæ hîc competunt adhibenda esse Razes docet, quæ in forma cibi & medicinæ administrentur. Fortia enim siue acria omnibus modis hîc intermittenda esse medicamenta. Quũ autẽ hæc duo mala, coryza scilicet & tussis, infantulo ob distemperamentũ calore naturæ modum

dum plus iusto exuperans potißimum eue niat, vt in commentarijs super Aeginetæ lib.1. ostensum est, vbi etiam diligenter commoniti eadē adhibere auxilia, quæ caput dolentibus eadem occasione competāt: nempe lauacra, & capitis permultæ calidæq; conspersiones, quasi caput temperatè, sua tantū virtute infrigident, humectēt, aliaq; commoda ibidem recitata adferāt. Post quæ alimenta tunc quadrare, quæ sorberi cōmodißimè queant, ob quod sorbitiones vocari, in adultis quidē: in pueris autem eclegmatis ex melle vtendum esse. Caput præterea magna mellis copia perungendum. Lingua porrò molliter comprimenda, mirum enim dictu esse, quantam pituitæ vim ea ratione euomet.

Sorbitiones

Eclegma.

Nos verò autore Raze, amygdalas ex aqua fœniculi concinnatas, & coctas serò, & manè puero exhibemus. In eclegmate enim amygdalas nucis auellanæ magnitudine additis melle & lacte, iocinorosis, tußien

Razis curatio.

tußientibus, & maioris intestini, quod colon dicatur. Inflationibus opitulari, Dioscor. lib. 1. ca. 144. tradit. Aut aquam fœniculi cum lacte administramus. Aliqui camphoram cum lacte miscendam volũt.

Dioscor.

Tussis asperæ siccæq; curatio.

In tußi autẽ aspera & sicca, adcipimus cotoneorũ semen, & in aqua calida irrigamus, & totũ hoc cum fasce passo excipimus, apud ignem decoquimus additis saccharo penidio, & oleo amygdalarum atq; administramus. Mali autẽ punici succum adijcimus quãdo cũ calore tußis fuerit. In quo quidem casu vulgare hoc exhibemus medicamen. Papaueris enim tragacãthæ, æquè drach. dimidiata, seminũ cucurbitæ drachma vna, irrigãtur cum dedocto myxariorum, quæ vulgò vocantur sebesten. Aut vuas accipimus passas in vase ferreo coctas, & ab igne depositas, cùm totidem penidiarũ, & puello manè, tũ vesperi, in pondere nucis propinamus. Gelidæ autem tußi, myrrhã cũ melle, et oleo amygdalarum

Medicamẽ vulgare.

Myxaria sebesten.

Tussis gelidæ curatio: etiam cum pectore plethorico.

rum ordinamus. Quòd si pectus fuerit plethoricum tragacanthæ & galbani singulorum grana duo, luteo oui assato indimus, pueroq; exhibemus.

In anhelitus autem difficultate semē lini cum melle concinnatum administramus. Itidem & bombicis semen cum luteo oui assati confectum.

Tussis cū difficultate anhelitus curatio.

Vbi verò cum tussi diaria proflueret, syrupus myrrhæ cum lacte coctus dandus est. Aut dactyli cum farina siliginis in lacte concinnati, offerendi. Hæc Razes. Auicenna autē lib. 1. Fen. 3. Doct. 1. cap. 3. Tussis curationem ex Aegineta quasi præscripto admolitur: nā multam aquam calidam super pueri caput proijciendum esse, inculcat. Eiusmodi enim aqua multum concoquit, quædam ad melius alterat, & quædam discutiendo, atque euacuando noxia, ad sanitatem perducit, autoritate Hippocr. Apho. lib. 5. Aphor. 25. Calidum ex ijs quæ ad caput attinent eius

Tussis cū diaria curatio.

Auicennæ curādi modus in tussi.

ſoluunt grauitatem, hoc eſt, morbi materiam concoquit. Perpetuò tamẽ hîc obſeruandum, vt poſt capitis lotionem, ipſum adcuratiſſimè extergatur, & exiccetur, ne aqua ipſi capiti impoſita refrigeſcat, & denuo priſtinam frigiditatem importet, quæ recens deſtillationem proritet. Linguam præterea etiam ex melle multũ perlinendam eſſe idem adhortatur, quod detergat, leniat, tum palati, tum gutturis meatus mundet. Admonet ſubinde gummi arabici, tragacanthes, ſeminum cotoneorum, ſucci glycyrrhizæ, & ſacchari penidij, parum ex ijs omni die puſioni cũ lacte recens mulcto propinandum.

Canon hic obſeruandus.

Poſſemus iſtorum ſingulorum ſumere drachmam vnam, quibus tritis, & in ſe commiſtis condere conditũ, de quo in fabæ magnitudine puero communicaretur, prius tamen hoc in lactis recens mulſi ab vbere nutricis latice, imbuto. Recentiores ex amygdalis dulcibus, & vuis paſſis,

Ecleg mata.

&

& malis punicis dulcibus cum melle eclegmata componunt. Succus glycyrrhizæ & saccharum penidium, & dyatraganthen gelidum potißimũ hîc commendantur.

Dyatragãthen frigidum.

Morbus trigeſimuſquintus, Dyſpnoëa, Aſthma, id eſt, anhelatio, quod Auic. oregmon vocare videtur, orthopnoëa.

Triplex ſpiritus & animæ difficultas, autore Celſo, reperitur: diuerſa tamen apud Græcos adpellatio inuenitur, prout ſe hoc malum intenderit, vniuerſum tamen hoc inſpirandi difficultate poſitum. Nanque cùm modica ea eſt, neque ex toto ſtrangulat dyſpnoëa, quando autem vehementior, ita quòd æger ſine ſono ſpirare non queat, aſthma: quum autem adceſſerit id quoque, vt non niſi recta ceruice ſpiritus trahatur, orthopnoëam adpellari. Quare his malis

Morbi deſcriptio.

Dyſpnoëa. Aſthma.

Orthopnoëa, Anhelit.

laborantes anhelos, asthmaticos, suspi-
Asthmatici. Suspiriosi. Orthopnoici. riosos, orthopnoicos promiscuè adpellamus. Huiuscemodi malorum priorum in pueris euenientium Auicenna lib.1. Fen.3.Doct.1.capi.3.mentionem fecit.Itē Hippocrat. Aphoris. lib.3. Aphoris.26. Pueris cùm magis adoleuerint cerebros accidere anhelitus indicat, quos Græci Asthmata vocent.

Causæ. Oritur autem eiusmodi adfectio, sine angustia in pueris, viscere repleto ab ijs, quæ desuper veniunt fluxionibus.

Prognostica. Fiunt autem istiusmodi, teste Galeno, fluxiones, plures quidem in recèns natis puerulis. Demum citò ipsos interficiunt, quum & aliter malè se habeant. Nāque ex vtero ad aërem ambientem transitus, tum alimenti mutatio, & si aliqua adfuerit inflammatio ab initio quidem locorum ad vmbilicum attinētium, postea verò ob dentiū generationē, ex ijs omnibus fiunt imbecilliori, ad hæc etiam flu-

xiones accesserint, possint sustinere, vbi ad pulmonem decubuerint. Hæc Galenus.

Porrò suspiriosorum medendi ratio, tam ex Razis quàm Auicennæ colligitur decretis. Ille enim semen lini cũ melle concinnatum, & puero datum maximè cõmendat: proculdubio Dioscor. testimonio, qui hoc in eclegmate cum melle sumptũ, pectus excreatione purgare, attestatur, tussimq; lenire. Identidẽ bombicis in luteo oui assati administratũ adprobat. Curatio. Razis.

Auicenna autem alijs medijs curationis summam perstringit. Primũ, vt aurium & linguæ radix ex oleo inungantur oliuarũ. Per istiusmodi enim vnctionem coqui, & exteri superfluitates adenibus aurium incumbentes: quare & destillationes intercipiantur. Per hanc autẽ vomitus citari, quibus pectora alleuietur. Linguam præterea molliter cõprimendã esse, insinuat, atque os infantis aqua calida irrorandũ, quod lauet, abstergat, tam Auicẽnæ.

linguam, quàm vuluam, atque totius colli quasi regionem. Postremo autem cum
Linctus. Eclegma. semine lini, & melle linctum, siue eclegma præparandum esse, quod in hunc cõcinnetur modum. Adcipiatur seminis lini semuncia, mellis crudi vncia vna, quibus simul commistis fiat eclegma, de quo in fabæ pondere puero porrigatur. Sunt qui non tantum aures, imò & collum perlinendum esse doceant, atque succum fœniculi tepidum administrãdum. Circumlinitionibus præterea vtendum in pectore, quando ex flatibus proueniat, vt ex oleo costino, laurino, de castoreo.

Postremo infanti quum dormitet adcidere
Oregmon. Oregmon Auicen. prodit, hoc est, sonitum pectoris, quem maximè prouenire autores tradunt in asthmate, peripneumonia, & morientibus.

Istiusmodi mali remediũ esse in pueris Auicen. dicit semen lini cum melle in eclegmatis forma sumpti. Quod quidem

no

nostri in hunc dispensant modū. Recipientes seminis lini vnciam vnam, mellis vncias treis, quibus optimè tritis in linctus componunt formam: demum in aqua mellis, vel ptisanæ tepidæ administrant. Cæterùm & cyminū tritum, & cū melle infarctū, in hoc casu admittit, eo quòd humores incîdat crassos, & viscidos, multumq́ue Asthmaticis conferat, autoritate etiam Dioscor. lib. 3. capi. 61. referentis, dari in spiritus difficultate, non nisi recta ceruice spirantibus cum posca. Eclegma. Cyminū.

Morbus trigesimussextus, Stomachus fractus, siue imbecillus.

STomachum fractum, siue debilē pueris cōtingere Auicen. narrat, ob quod functionem suam in coquendo minimè obire potentem. Cui quidem incommodo istiusmodi modis occurrendum esse tradit, quòd stomachus infantium ex musco cum aqua rosacea, vel myrti perlinatur. Hoc enim aroma suauißimum cor- Morbi descriptio. Curatio.

roborat ventriculum, atque latices admi-
Cotoneorum succi. sti nonnihil adstringunt. Deinde verò cotoneorum succum cũ parua gariophilorum dosi, & saccharo dari præcipit. Cotoneorum succi adcipimus nos clari, & depurati semilibrã, sacchari vnciam vnã, quibus vnà coctis, & ab igne sepositis, gariophilorum in puluerem redactorum grana sex cum lineo panno infundimus, nõnihilq́ cõprimimus, pueroq́ de huiusce modi succo manè trium paruorũ cochlearium quantitatem porrigimus, sigillatim tamen, & in Eclegmatis forma. Succus enim ille cum aromate huiusmodi ventriculum roborat, & saccharum hoc sua-
Gallia muscata. uius, delectabiliusq́ reddit aut Galliæ muscatæ dictæ, grana 22. myrrhæ grana. 3. sumantur, & conterantur & cum vncia vna aquæ rosaceæ incorporentur. Itidem cotoneorũ succi in potu pueris dati præstabunt. Gallia enim muscata ratione
Myrrha. aromatum stomachũ confortabit: myrrha

au

autem ventriculũ laxat, mollemq́ cõfirmat. Quæ autem foris adhibẽtur, videlicet ventriculo cum musco, & aqua rosacea plurimùm hîc quadrabunt.

Morbus trigesimusseptimus, Vomitus.

NAuseæ, vomitionisq́ causas ex stomacho prouenire P. Æginetæ autoritate lib. 1. liquet, inquit enim, vbi sinuosum crenosumq́ vẽtriculi loculamẽtũ vitiosi humores infartiẽtes superfluxerint vomitu eyci. Verũ in tunicis hostioli ventris cõtentos humores inani, nequicquam ad vomitiones Nausea, vellicare. Nauseæ itaque & vomitionis differentiã hîc explicauimus. Non enim Nauseam vomitione conuerti: sed præcedere Nauseã, sequi verò vomitionẽ oportere ibidẽ ostenditur. Quum nausea ad vomitionem conatus sit, & stomachi impetus, quos vomitiones sequantur. Cõstat itaque ex vitiosis humoribus ventriculũ impleri, atq;

Vomitus. Nausea. Nauseæ vomitionisq; differentiæ.

Nausea quid sit.

in eius concauitate natare, postremo vomitu eyci sic Hippo. Puerulis nouiter natis fieri, vomitus edocet Aph. lib. 3. Aphoris. 24. Itidē Auicen. lib. 1. Fen. 3. capi. 3.

Causam aut huius mali Gale. aperit lactis esse quod adsumunt multitudinem. Cuius quidem sententiæ Razis etiā adstipulatur, addens ob lactis corruptionē euenire posse, potissimum verò in pueris humidis, ventriculū imbecillum habētibus.

Notæ. Prognostica.

Notæ sunt euidentes, vomitionē verò vtilissimā esse, Hip. prognost. lib. 2. cap. 7. Prognost. 38. pronūciat, quando pituita, ac bile permista quàm maximè sit, si non multa, atque crassa sit. Synceriorem enim deteriorem esse. Vult itaque Hip. interprete Galeno, neutrum humorē syncerū adparere, sed eos inter se quodammodo permisceri. Quòd biliosus symerus, caloris copiam: pituitosus frigoris indicet. Ad hæc prognostico, 39. subiungit, si vomitio fuerit porracea, aut humida, aut nigra: qui-

Vomitio syncerior deterior.

Vomitio porracea humida nigra perniciosa.

cunque

cunque ex his fuerit color, malũ esse, censendum. Constat enim ex Gal. interpretatione bilem porraceam præter naturam sæpenumero in ventriculo gigni, propter quorundã cruditatẽ esculentorũ, aut olerum, qualis beta, cepa, braßica, sunt. Interdum etiã talibus nequaquàm ingestis, ratione ægrotationis in veris gigni, ac tum decumbere, siue in ventrẽ superiorẽ, aut inferiorem, calorẽ tunc in corpore indicare præter naturam atque excrementi proprietatem talis temperamento, qualis prædictorum olerum succus sit. Porrò Auicen. lib. 3. Fen. 13. Tract. 5. capi. 8. Vomitionem continuam maximè facultatem, siue virtutem debilitare indicat. Idem in lib. 1. Fen. 4. capi. 14. Vomitum superfluum obesse stomacho ostendit: quòd ipsum valde debilitet, extenuet, materiæq; aliunde suscipiendæ habilem reddat, pectori noceat, visum obtundat, dentes infringat, & capitis doloribus inuetera

Vomitionis continuæ incõmoda.

teratis, nisi ex ventriculi saturitate eue-
nientibus, molestus sit. Breuiter omnem
vomitionem humoris fœtidi malã esse in
dubio non sit, eo quòd putredinẽ aliquam
portendat. Simili modo sanguinẽ euomen-
tes, si sine febre quidẽ salutare: si verò cũ
febre, malum, autore Hippoc. Aph. lib. 7.
Aph. 37. Curari autem acerbis, & refri-
gerantibus. Qui enim febre vacant, Gal.
exponit, liquet adesse nullã inflammatio-
nem in loco vnde emittitur sanguis. Qua
re vel alicuius vasis ore adaperto fieri
sanguinis vomitum, vel cũ vlcere quidẽ
scilicet sine inflammatione. Curari itaque
quæ absque inflammatione vlcera facilè
acerbis. Quæ verò cum inflammatione, ac
febribus, nedum curari posse, neque in ea-
dem magnitudine permanere posse, sed
enim maiora, & maligniora fieri. Quam
autoritatẽ Auicẽ. in lib. 3. Fen. 13. Tract. 5.
capi. 15. sectatus adserit, vomitionẽ san-
guinolentam cum febre esse malam: sine
febre

Vomitio humoris fœtidi mala.

Vomitio sanguinolenta.

febre tamen interdum non esse malam.

Atqui curationem vomitus in pueris, siue infantibus, suborti, Razis in lib. De puerorum adfectibus in hũc prosequitur modum. In primis autẽ lactis copiã à nutrice præbendi interdicit: atque si fieri posset, in vomitu præcipuè dispiciendum esse, an odor ex eo acidus percipiatur, siue humores egesti candidi adpareant. Tunc enim eiusmodi remediũ adponendũ esse: Libani videlicet, hoc est, thuris drachmæ vnius partẽ sextam, rutæ aridæ drachmæ vnius partem vnã, quæ redacta in puluerem cũ syrupo rosarum administrentur. Ad hæc nutricem cymini parũ cũ modico rhus, hoc est, sumac cõmasticare iubet, & osculo pueri imponere. Syrupum prætereà malorum punicorum cum menta, eodem modo exhibendum esse, persuadet. Aut puero ante lactis administrationem istiusmodi medicamentum sæpißimè ab eo expertum, porrigendum esse, admonet.

Curatio.

Rhus, hoc est sumac.

net. Receperat enim ligni aloës, masticis
Medicamẽ totiesà Raze expertum.
singulorum semidrachmã, gallæ drachmæ vnius partem sextã, quibus tritis, & cum syrupo rosarum confectis, atque cum modico galliæ, muscatæ, demũ puero ex-
Cataplasma.
hibuerat. Postea verò cataplasma eiuscemodi ventriculo pueri admouebat, recipiendo masticis, aloës, acatiæ, gallæ, libani, panis vsti simul partes æquales cum oleo, & syrupo rosarum confectas. Ad puerorum enim vomitum, tum saliuam eorum coërcendum, efficax esse experimentum, adfirmat.

Quòd si verò vomitionis odor nõ acescat, sed aliâs asper, & acutus sit, & in colore palescat, tunc puero agrestæ succũ, vel è malis cotoneis consistentẽ præbendũ esse. Siue de istiusmodi pastillis, quos Græ-
Pastilli. Trochisci. Orbiculi.
ci ab efformationis figura τροχίσκους id est, orbiculos adpellãt, puerorum vomitus cõpetentibus. Recipiatur itaque rosarum, spody æquè drachmæ tres, gallæ drach-

mas

mas duas, ſem: portulacæ, lapacij ſingulorum drachma vna, concinnentur cum aqua malorum punicorũ ad pondus drachmæ vnius, cum dimidia, ex quibus orbiculis vnus videlicet cum ſyrupo roſarum puero detur. Proinde ventriculo eius iſtiuſmodi adponatur emplaſtrum. Non tantum enim vomitum, imò & Dyariam placabit. Recipiatur farinæ hordeaceæ, viridis rubi, corticum malorum punicorum ſimul partes æquales, quæ cum aqua roſacea conficiantur, & ſtomacho adplicentur. Auicenna hoc Garyophylorum commendat vſum, quaſi in omni puerorum vomitione competentium. Niſi quòd in ea quæ ex rubeæ bilis ad ventriculum effuſione eueniat, nequaquàm conferant: ſimiliter neque in illa quæ lactis corruptione contingat, quum admodum calidi ſint temperamenti: ſed in ea vomitione potiſſimum à pituitæ redundantia eueniente: ſiue à

Emplaſtrũ.

Garyophylorum in vomitione vſus.

lactis

lactis superuacanea copia cum concoctricis facultatis ex frigiditate, imbecillitate. Nutrix autem gariophilos masticet, & infantis ori decēter immittat, quia ventriculum corroborēt, & iecur, atque nauseæ, vomituiq́ conferant. Hoc idem &

Cinnamū. Cinnamomum præstare, autores decernunt.

Auicennæ curatio. Cæterùm ventriculo infantium cum emplastris, siue cerotis succurendum esse, Auicenna præcipit, cum medicamentis etiam imbecilliter adstringētibus, veluti in vomitu à causa calida prouenienti. Recipiēda enim esse oleorum cotoneorum, myrti, rosarum, ex oleo oliuarum immaturarum confectorū vnciam vnam, ceræ albæ in aqua plantaginis elotæ vncias tres, ad ignem optimè cōmiscenda informamq́ ceroti redigenda. Quibus addere libeat pulueris rosarum exiccatarum, siue sandalorum rubeorū, vel granorum myrti, omnibus legitimè compactis, demum

cero

ceroti modo ventriculo adponatur.

Si verò à gelidis humoribus vomitio suborta sit, aut à concoctione infirma, recipitur olei masticis, vel de spica vel de absynthio vncia I. ceræ vncias tres, iuxta ignem commistis, atq; si lubeat, addita drach. I. vel gariophilorũ vel cinnamomi vel spicæ nardi, vel masticis, vel maceris, vel nucum cupreßi.

Vomitionis ex frigidis humoribus curatio.

Sunt præterea qui sola inũctione ex oleis aliquot iam enumeratis puerorũ vomitũ compescant: pulverum iam recitatorum nonnihil inspergentes. Aut tantummodo ventriculos eorum cum vino styptico ex decocto medicamẽtorum prædictorum irrigant, & lauant. Neoterici autem Gariophilos cum modico cotoneorũ administrant atq; ventriculos cum menta, gariophilis, absynthio emplastri modo fouent. Antiquiores medullam panis triticei sumebãt, prius in aceto infusi, et more cataplasmatis adponebãt. Itidẽ ex luteo ouorum assa-

Curationes singulares in vomitione puerorum.

torum, mastiche, thure, gummi Arabico, osculo ventriculi imponebant. Proinde panis crustam in aceto positi iuxta nares ponebant.

Morbus trigesimusoctauus, Singultus.

Morbi descriptio.

SIngultus ventriculi commotio est, quæ veluti conuulsio, scilicet non absoluta, autore Galeno, conuulsio est. Hæc enim quũ solis musculis inesse soleat, atqui neq; ventriculus, neq; ipsius hostiolum musculus esse, censeatur. Esse verò vtrisq; potẽtijs symptoma quoddam commune, quod veluti conuulsio quædam attribuatur. Retentrici quidem quòd ventriculus per singultum grauem, & non secundum naturam cibos amplectantur. Expultrici autẽ quòd præcipuè ad eam pertineat deprauatus ille motus, dum ea quæ molesta sint expellere conetur. Ex quibus manifestum est vomen

mentibus, & ijs qui singultu vexentur, vt non eundem esse motum, ita neque eundem adfectum. Per vomitiones enim ea quæ in spacio continētur. Per singultum verò ea quæ ventriculi corpus imbuerunt, id quod cruciat, exprimere tentant. Ob quam rem singultus quidem primùm est expultricis potentiæ motus quidam, deinde verò retentricis quoque, quam amplexatricem vocare, etiam Galenus admittit.

Retentrix potentia, etiam Amplexatrix a Galeno dicitur.

Singultum porrò alium repletione, alium ex inanitione, alium eroso ab acrioribus humoribus stomacho prouenire, Aegineta libri 2. De arte medicandi prodit, quibus vomentibus sedari.

Diuisio.

Nanq; quibus ventriculi obriguerint, eos huiusmodi symptomata experiri Gal. tradit. Aut qui piper adfatim deuorent, aut calidum aliquod pharmacum, deinde calidam potionem, superbibāt. Quippe siue calida, siue frigida sint, si in ventri-

Causæ.

culi corpus penetrauerint, singultum excitent. A repletione enim qui subortus fuerit, partim ex ventriculi hostioli læsione contingit, siue ea ex calido, vel frigido aliquo euenit, vt in febrium horroribus, & in aëre gelido, & ex humoribus infrigidantibus, aut à gelu ipso in ventriculi temperamento confirmato, iam adstringente, & conuellente, quotidie & in ipsis pueris experimur. Partim verò ab eroso acriorum humorum stomacho etiam in pueris singultus concitatur, vt à lacte corrupto, quod potißimum euenire solet: itidem ex bilis rubeæ in ventriculi hostiolum eluuione. Ille autem qui ab exinanitione prouenit singultus, febres ardentes plerunq; concomitari solet, famemq; prolixam, & fluxionem diuturnam, qui interitus est præcursor. Postremò singultus ex plenitudine iugiter fieri Gal. Aph. lib. comment. 13. adserit. Exinanitione autem rariores esse: quòd au-

tem

tem ex plenitudine singultus iugiter fiat, pueros indicare, crebrò singultientes cum sint repleti. Proinde singultum pueris accidere, Auicenn. libr. 1. Fen. 3. Doct. 1. cap. 3. conuincit.

Singultus autem à repletione suborti notæ sunt, quòd subitò, insperatoq; præter adfectum aliquem diuturniorem adcidat, & quòd singultiens post vomitionem, & alui deiectionem melius se habeat: atq; ante comestionem, alleuiationem: post cibum verò grauedinem sentiat. E diuerso se habent singultus ab exinanitione cõcitati, notæ: quia post diuturnam alui solutionem, aut dysenteriam, aut cum febricula, vel absq; ea adflictionem, non euestigiò, sed sensim suborientis. Ab erosi stomachi ex humoribus acrioribus notæ sunt, quòd istiusmodi post concoctionem suscitetur singultus rei calidæ, vt piperis, synapis, cui vinum superbibatur. Siue post vomitionem biliosorum humorum, Notæ.

vt rubeæ, viridis, atræq; bilis, quod frequenter in febribus tertianis, continuis, ex simplici, siue commista bili contingit: itidem & in quartanis febribus. Proinde à flatibus quoq; nonnunquam singultus oriuntur, qui post saturitatem nauseabundam concitantur. Qui verò in pueris plerũq; post copiosam lactationem contingit: præsertim verò in ijs quorum nutrices sunt humidæ, & plethoricæ, ciborum plus iusto adpetentiores, viniq; immodicæ ingurgatrices.

Prognostica.

Ex quibus iam recitatis nonnulla ab autoribus colliguntur Prognostica: ut si quando singultus post multam exinanitionem eueniat, malum esse, vt Hippoc. Ap. lib. 5. Aph. 3. & 4. adfert, vbi sanguis plurimus fluxerit, singultus, aut conuulsio superueniens malum. Itẽ ex superflua purgatione conuulsio, aut singultus superueniens malum. Itidem lib. 7. Aphor. 3. A vomitu singultus, & oculorum

lorum ruborum, malum. Quibus Auicenna adſentiens autoritatibus, ſingultum in ægritudinibus acutis, præcipuè verò poſt ſuperfluam purgationem malum eſſe, adfirmat: quia ab exinanitione fieri ſignificari. Identidem in ſingultu punctionem vomitionem, conuulſionem, delirium, interitum portendere, aſſeuerat.

Quanquàm vomitio ſatis adcommodum ſit præſidium ijs (teſtibus Aegineta & Auicenna) qui ſingultu propter ſtomachi ſaburram, vel eroſionem, torqueantur. Haud abſimili ratione Hippocr. Aph. lib. 6. Aphor. 13. protulit. A ſingultu habitum ſternutatio ſuperueniens liberare, quòd in huiuſmodi à plenitudine euenienti, vt Gal. interpretatur, violento opus ſit motu, vt veluti concluſæ ipſum efficientes humiditates difflentur, atque euacuentur: hoc autem facere ſternutationem, Auicenna in puerorum ſingultu ex lacte ſcilicet corrupto, vel bilioſa Curatio.

Nux Indica cum saccharo condita.

quadam materia erodente, nucis Indicæ cum saccharo vsum maximè cõmendat. Hanc enim boni esse nutrimẽti dicitur, sed stomacho grauem, ad inferna cõprimẽtem quæcunq; ponè ventriculi hostiolum offendantur. Platearius ex India hanc efferri, testatur, nucem, magnamq; esse, medicamentoq; vice administrari eius interiora, cortice abiecto, atq; per decennium durabilem fore.

Singultus à plenitate curatio.

Postremò in omni puerorum singultu à plenitate suborto, in primis enitendum, vt vomitione puer subleuetur, linguam eius molliter comprimendo, siue digito, aut penna, prouocandoq; quò materia delinquens proijciatur.

A frigiditate.

In eo autẽ qui ex frigiditate, siue materia gelida euenerit singultus, dimotiones, perfrictiones cum stomachi, tum extremorum membrorum competunt, atq; spiritus nõnulla detentio, tum somnus prolixus & ventriculi inunctiones cum oleis de

ane

anetho, camomilla, spica, castoreo.

Si verò ex lacte corrupto singultierit pusio, vel humore aliquo prauo erodente, post vomitionem aquæ hordei potiones conueniunt cum aqua malorum punicorum, siue dulcium, siue austerorum. A lacte corrupto.

Singultientes verò ab exinanitione pueri in aqua dulci tepida, vel in lacte balneandi sunt: eorumq́ ventriculi cum violarum oleo perungendi: cum ptisana verò potandi, vel melonis, vel cucurbitæ aquis. Ab exinanitione.

Morbus trigesimusnonus, Ventris tormina, & inflationes.

INfanti adcidit dolor ventris, & torquetur, & flet, inquit Auicenna lib. 1. Fen. 3. Doct. 1. cap. 3. Contorqueri enim pusiones hoc est, tormina, doloresq́ pati in ventre, intestinisq́ manifestè cernimus, vt hinc inde se torqueant, & miserrimè plorent. Morbi descriptio.

Cuius quidem mali causam in pueris Causæ.

esse vnam, lac scilicet, adseritur: hoc enim in visceribus flatus progignit: ob quam quidem causam, & Hippoc. lac dare quibus ilia suspensa murmurant esse malũ do-
Lac bifariã alteratur.
cet, quia facilè alteretur lac. Galenus exponit: & quod duplicem habeat alterationem vnam quando pluri adhæreat calori, statim euaporet, alteram quando pauco, acescat. Deindè pro secunda in numero causa ponuntur vermes intestina pungentes, & stimulantes. Tertia autem causa balnei est frigiditas, siue aëris ad viscera introëuntis vis, aut impetus: qua-
Notæ.
rum quidem notæ, ex causis diligenter obseruatis, quàm facillimè nobis cognitæ erunt. Simili modo flatuum in ventre prouentum, siue generationem eorum fieri Aegineta ostendit, ex humoribus, vel alimentis in vapores præ tepida quadam caliditate resolutis, frigiditatẽ siquidem, eò quòd sua natura nequeat attenuare, atq; discutere, nullos producere spiritus,
sed

ſed vehemens, acriorq́ caliditas non ſolùm extenuans, ſed etiam penitus diſijciens flatus conſpirationem prohibere. Minorem autem caliditatem, alimentum in ſtomacho liquefacere, ac diſijcere quidem, & permutare etiam, ſed remißius, idq́ minori efficacia, in flatus excitationē omnem procreari. Attenuare igitur ipſos medicamentis calorificis competere.

Nos verò puerorum ventribus, Auicennæ autoritate, aquam calidam, & oleum valde calidū cum modico ceræ superponimus. Conſtat enim aquam calidam poros reſerare, flatus dißipare, & viſcerum frigus, ſi adfuerit, propulſare. Adponimus autem huiuſcemodi aquam, vel in balnei modum, vel cum ſpongia, aut lanæ inuolucro. Atqui oleum ex oleis maturis, & peruetus potißimum hîc erit adaptandum quod: ſcilicet ſit calidius, eoq́ magis exterat quod etiam commodum, & ceram additam præſtare

Curatio.

Aquæ calidæ vires.

Oleū peruetus, ex oleis maturis.

stare fertur. Itidem & olea chamomillina, & anethina hîc competere haud dubiè traditur.

Dolor ex vermibus.

De ventris autem ex vermibus dolore, in processu speciatim verba facienda sunt.

Ventris inflatio cũ capitis magnitudine.

At Razes in libro de puerorum adfectibus cap. 4. Infantibus multoties adcidere ventris inflationem cum capitis magnitudine conuincit. Cuius equidem mali causam, similiter lactis esse malitiam, aut nutrimenti multitudinem, autores aliquot exponunt. Cui malo Aloën præcipuè in pueris conferre, ab Auic. libr. 3. Fen. 13. Tract. 5. ca. 3. traditur, quòd istiusmodi in ventriculo multum materiæ lubricosæ contineãt, quam Aloë, Serapione autore, facilè dissoluat. Razes enim myrrhã, crocum, & Aloën cum aqua fabacea confici iubet, atq; inflato loco superponi, insinuat. Proinde olea de lilijs, chamomellinaq; hîc maximè cõducũt. Tenuẽ præterea

Aloë.

Victus ratio.

hîc

hîc victum tam in puero, quàm in nutrice obseruãdum à quibusdam inculcatur: cum ventris etiam perfrictione sub dîo, aëre tamen existente calido, atque cum olei nonnulla ex pipere longo cõfecti perunctione.

Morbus quadragesimus, Aluus humida, siue ventris perturbatio, aut alui fluor.

FRequenter pueris, siue infantibus alui fluorem accidere Raz. in lib. de puerorum adfectibus contendit. Itidem Auic. agit, sed plerunq; in puerorũ euenire dentitione adiũgit. Sciendum tamen omnem alui fluorem, quem Schola medicorũ, ventris fluxum adpellat, per anum esse deiectionem superuacaneam, vel illegitimã, eorum scilicet quæ iuxta naturæ instinctum excerni minimè deberent, à facultate tamen expultrice promotam, vt corpus à delinquentibus humoribus euacuet, exinaniatq;. Istiusmodi quidam communi adpellatione Diarrhœam adpellitant, quam

Morbi descriptio.

Alui fluor.

Ventris fluxus.

Diarrhæa.

quam Hippoc. in Aphor. lib. 1. Aphor. 2. Ventris perturbationem nominat.

Ventris perturbatio.

Comperimus itaq; usu quotidiano alui fluores multis contingere modis. Aliquando enim fit repentina ciborum per superiores parteis excretio, quam vomitionem nuncupamus: interdum verò per inferna loca eodem contingit modo, cuius adpellationem in sequentibus habebimus. Nonnũquam verò immoderata ventris perturbatio adcidit, cum multo bilis fluxu, tum alui deiectione, tum vomitu, quam Choleram nos nostræ Scholæ Choliricam paßionem minus, tamen latinè adpellant. Hanc autem cuius pridem mentionem fecimus, quæ cibos æquè ac sumpti sunt deturbat. Lienteriam Græci adpellant, Latini verò Intestinorum leuorem dicunt. Quando enim celeriter ea quæ comeduntur, deijciuntur, rectè intestinorum leuitatem adpellari Galen. Aphoris. lib. 4. Apho. 12. astipulatus est.

Fluorum alui modi diuersi.

Vomitio.

Cholera. Cholirica paßio.

Lienteria.

Intestinorum leuitas.

Ex

Ex infirmitate enim, langoreq́ virium, quæ alimẽta in ſtomacho diſtineant, prouenire, Aegineta cũ Galen. vnanimi ſenſu comprobant. Vbi verò copioſi alui fluores, ſine tamen inflãmatione, exulcerationeq́ extiterint, hos Diarrhœas adpellari autores decernunt. Si autem huiuſcemodi cum inteſtinorum exulceratione, inflammationeq́ fluores eruperint, in quibus cruẽta, fæci ve ſimilia excernantur, torqueaturq́ dolore aluus, & inteſtina, quod in cæteris inteſtinorum, & alui malis non adeò contingit, Dyſenteriam vocamus, quam Hippo. inteſtinorũ difficultatem nominat. Crebrã porrò & inanem egerendi voluntatem, & impetum Teneſmum dicimus. Atqui non operæprecium eſt hîc de omnibus alui fluorum ſpeciebus agere ſpeciatim, ſed tantummodo de iſtiuſmodi diarrhœ, ſiue alui fluore, quo potiſſimũ infantes infeſtari, ſoleãt. Cuius ſcilicet cauſas Razes ponit innumeras, videlicet ob do

Diarrhœa.

Dyſenteria inteſtinorum difficultas.

Teneſmus.

Cauſæ.

ob dolorem in eorum dentitione suborientem: siue propter frigiditatem aliquando, quando à nutricibus contrectentur, superuenientem: aut propter materiã aliquam in pueris salsugine conspersam, cum lacte nutricis ingestam, biliosi, siue pituitosi humoris participem. Cuius equidem pedibus iuit sententiam Auicen. pro causa istiusmodi mali adserens redundãtiã aliquam in puerorum gingiuis salsam, & saniosam existentem ex lactis succu euenientem, ex qua proculdubio illæ prurigines oriuntur, quarum Hippo. in progressu iam dentire incipientium puerorum meminit Aphor. lib. 3. Aphor. 25. Prurigo autem, pruritus est quidam qui cum pauco fit dolore, teste Galeno, loco iam citato, qui naturam aliò pertrahit, ipsamq; concoquendi muneris obliuisci facit, quæ deinde hanc alui cõturbationem importat. Quam ob rem ex necessitate ventris profluuia consequi idem testatur autor: quoniam

Prurigo.
Pruritus.

alimentum non bene coquatur, neque distribuatur. Ad hæc aluum plusquàm modo conueniat fieri humidiorẽ, in Aph. lib.2. Aphor.20. indicat, quando cibus in chylum conuersus, in ipsa parcius distribuatur. Sicciorem verò rursus, omni humore in ipsa contẽto ad hepar relato. Causa verò ob quam parcius distribuatur esse, quia plus cibi aliquando homo adsumat, quàm hepar indigeat. Contingere autem vt citius deyciatur, quia cùm cibus malũ excedat, eius superfluum derelinquatur, vbi hepar tantum ad se attrahat, quanto indigeat. Quum verò ad exeundum properet, nõ præuenire hæpar tantum attrahere, quantum ipsi sit necessarium. Proinde etiam citius festinare ad exitum id quod excernatur: nonnunquàm propter bilis multitudinem ad aluum defluentis, quæ irritet ad excretionẽ. Nonnunquàm verò ipsa alui potentia retentiua facta debiliori, hoc idẽ euenire: expulsiua verò

eius atque intestinorum forti existente.

Humorum autẽ in pueris delitescentium, atque fluorem aliquẽ proritantium, notæ sunt istiusmodi: quòd ex bili deiectio spicea, biliosaq́; cum acore quodã, & sine omni mora excernatur. Ex frigiditate verò, siue pituita alba, pituitosaq́; cũ tormine, etiam absque mora, nisi pituita tenax, contumaxq́; extiterit, deiectio spectabitur.

Notæ.

Quum autem huiuscemodi malũ frequens sit, & fermè nulla domus siue familia sit, quòd nõ quotannis quasi hũc experiatur morbum, collibuit prognostica ex certis autoribus haud incerta cõnectere. Hippoc. enim in Aphor. lib. 6. Aphoris. 1. In longis intestinorum leuitatibus, si ructus acidus fiat, qui prius non erat, signum bonũ esse indicat, quia cibos ventriculum amplecti, atque circa eos se circumstringere, certoq́; tempore retinere, & rursus ad inferiora, non tamẽ omnino in-

Prognostica.

Ructus acidus.

coctos

coctos deijcere. Sunt qui intelligant ex hoc calorẽ se nonnihil recepisse, ructumq́ tum talem edere, & sic bonũ esse indiciũ. Cæterùm in eodẽ libro idem autor, Aph. 17. Lippientem alui profluuio corripi bonum esse, cõtendit: quia humorũ abundantia simul, autore Galeno, euacuetur, atq; ad inferiora retrahatur. Haud dißimili modo in Aph. 48. Lienosis difficultatẽ intestinorum superuenientẽ, bonũ esse, idẽ protulit. Simili modo Auicẽ. diarrhœam lateris curare apostema ostendit lib. 1. Fen. 2. Doct. 1. cap. 8. In libro autẽ. 3. Fen. 16. Tracta. 1. cap. 2. dicit omnia ventris profluuia post ægritudines acutas, symptomata esse mortalia, quia corruptionẽ repentinã portendere. Hippocrates autẽ, deiectiones nigras, qualis sit sanguis niger, sponte venientes siue cũ febre, siue sine febre, peßimas esse adfirmat: & quãto colores magis praui fuerint plures, peius. In summa diarrhœa omnis ex tẽperamenti malicia

profecta,cũ virtute debili, mortis est indiciũ. Atque illa in qua percussus arteriæ vermicularis, & formicans adparuerit qui nõ ex cibi, vel medicamẽti administratione corroboretur. Adiectione porrò syncera difficultatem intestinorũ esse malum Hippoc. Aph.lib.7. Aph.23.innuit. Nihil enim mirũ esse Gal.interprete, si in talibus deiectionibus aliquod intestinum excedatur.

Curatio. Communiter tamẽ hîc obseruandũ est alui fluorẽ in principio æquo,bonoq́ nonnihil sufferendũ esse animo, quo verò increscente,facultatumq́ vireis atterente, haud incunctäter reluctandũ esse, enitendumq́ quo tandem supprimatur. Quare Auic.lib.1.Fen.3.Doct.1.capi.3. Fluorem infantium nõ fortẽ, neque nimis copiosum censet esse ferendũ: maximè verò cũ sine bili atque cruore demittatur. Eiuscemodi enim medicamenti vice esse, à plerisque autumetur quòd in eo quod corruptũ vitia

Auicennæ medicamẽtorum auxilia tria.

tia

tiatumq́ sit, proijciatur. Huic autem magis scilicet, magisq́ irrepenti, & iustum limitem excedenti tribus medicamentorum auxilijs succurendũ esse. Primum est ut embrochis aluus cõpescatur, quæ fiant ex aqua calida cum decocto seminis rosarum, aut cymini, aut anisi, aut apij. Sequutus in hoc Aeginetæ consilium, qui in alui fluore puerum infestãte epithematis sistendum esse, docet, quæ cõprimendi facultate prædita sint, lanæ inspergendo vel cyminũ, vel anethum vel apiũ. Prodesse ad hæc semen rosarum inserere, & vniuersum simul feruefactum arefacere: de quibus in lib. 1. autoris, commentariolo primo, mentionem fecimus. Secundũ auxiliorum est malagma, siue cataplasma, quod emplastrum vulgò dicitur, ex cymino, rosis in aceto infusis, donec istiusmodi remollescant, postea tritis, & calefactis, & cataplasmatis modo ita adpositis. Aut speltam in aceto coctam, malagma-

Primum. Embrochę.

Secundum malagmata.

tis modo adplicandam esse. Tertium est, ubi prædicta non iuuerint, in potu administrare coaguli hœdi genera decem, vel paulò plus. Quum autem lac in ventre coagulatum dissoluat coagulum, hoc nequaquàm cum lacte propinandum, sed eius loco luteum oui, vel panis micam in aqua coctam, aut triticum fractum, & in aqua coctum in forma pulmenti præbendum est. Nucem præterea decorticatã, & tritam, cũ saccharo frixam, & aqua frigida, in quantitate auellanæ vnius, in hoc casu puerorum, idem autor maximè commendat, Can. 3. Fen. 16. Tract. 1. capi 4. Post hoc aliud idem medicamentum infert, in profluuio puerorum ex dentitione prouenienti profuturum, videlicet, papaueris, & granorum myrti, libani, siue thuris masculi, cyperi singulorum semi drachma, quibus tritis, & in lacte dissolutis, puero, vt ex hoc sugat, siue bibat propinandum. Hæc Auicenna.

Tertium potiones.

Coagulum lac in ventre coagulatũ dissoluit.

Nux.

Haud

Haud fermè dißimili curandi modo, ſcilicet triplici, puerorum aluum Razes conſtringere docet. Quorum primus eſt, qui Auicen. poſtremus, ut ori puerorum medicamenta adminiſtrentur, ut ſi à bili fluor profluxerit, ſyrupus roſarum, vel è malis macianis, punicis ſiue granatis, cum menta. Itidem de ſpodio in aqua infuſo adcipiat ad ſorbendum. Aut ſemen lapathi, apud vulgus lappatij dicti, cum oui luteo adſati præbendum eſſe. Lapathi enim ſemen manifeſtam quandam adſtrictionem obtinere Gal. ſcribit lib. 7. de ſimplici. medicam. facultate: ut & dyſenterias, & diarrhœas, ſiue profluuia ſanet, & maximè oxylapathi, hoc eſt, lappatij acuti vulgò dicti. Quare Galenus ex iſtiuſmodi ſemine, & uuarum paſſarum acinis adaſſatis, vel ambuſtis ſemi unciam, & glandium, atque ſem. papaueris albi ſingulo. drachmas duas, tum croci aureos quatuor, ſingulis tritis,

Razis medi tres auxiliorum.

Lapathum Lappatiũ.

Oxylapathum.

Medicamentum expertum.

cum succo cotoneorum, siue syr. rosarum medicamentum concinnat, experimento insignitum, notatumq́. Porrò si à pituita, vel frigore profluuiũ euenerit, tunc Galliæ cum succo cotoneorũ drachmæ. 1. partem vnam, vel libani totidem administrare, docet. Deinde verò malagmata ventriculis eorum adplicãda esse, ex decocto sumat, cum hordei, & mily farinis confecta, quæ cataplasmatis modo adposita actutùm fluorem repressura. Siue crocũ, myrrham, & cerã cum mero conficienda esse, & simili modo adplicanda. Tertium verò auxiliorum sunt glãdes, apud vulgares, suppositoria. Fluor enim, inquit, si per prædicta compescatur, bonum quidem, sin minus, adcipe acaciæ, cerussæ ana. drach. 1. opy drachmæ vnius partẽ septimam, & in balani formã redigito, quo alui osculo intruso, profluuium sine mora arcebitur. Neoterici autem nostri in fluoris alui puerorum compressu, imprimis

Glandes. Suppositoria.

hoc

hoc ſtudent, quò nutrix legitima fruatur diæta: quemadmodum ſunt oryza, lentes, vinum nõ admodũ tenue, caſeus ſine ſale, oua dura, quæ ephtha à Græcis dicuntur, lac caprinũ in quo lapides igniti extincti ſint. Laudantur quoque ab his balnea ex aquis adſtringẽdi vim habentibus instructa, vt ex plantaginis, ſumac, balauſtiæ, aliiſq; id genus comparata. Inter iſtiuſmodi autem Gulielmus Placentinus minimè contemnendus, Manardo teſte, medicus, in puerorũ profluuio aluũ adſtringere, perſuadet cum puluere myrti, & ſanguinis draconis cum lacte propinato.

Oua dura Gręcis ephtha.

G. Placentinus medicus inſignis.

Conducere poſtremo hîc apud aliquos reperitur, quædam adſtringentia epithematis loco adminiſtrata, vt ſunt hordei farina, cum ſucco plãtaginis, vel conyzæ, hoc eſt, pulicariæ, & modico aceti, atque oui albo, quibus commiſtis, pulueres huiuſmodi addendi, vt roſarũ, thuris, glebæ

Epithemata.

armeniæ, quam hodie bolum armenium vocant, sanguinis draconis, absynthij, balaustiarum, & id genus similium. Vltimo coquātur rosæ in aqua, in qua decumbens sedeat tibias, pedesq́; cū hac foueat.

Morbus quadragesimusprimus, Aluus sicca, dura, adstricta.

A*Luum adstringi in pueris Auicen. lib. 1. Fen. 3. Doct. 1. capitu. 3. ostendit.*
Causæ. *Cuius causam esse adserunt, vel quòd bilis parum adfluat ad aluum, siue quòd venæ plus iusto ad se attrahant, vel quòd calor sit superuacaneus hepatis, & renū, excremēta exiccans, aut ob somnum prolixum, aut quòd potentia sensilis nonnihil sit sopita, ex multarū humiditatum, extimulationem non sentientium, redundantia. Atqui siccioris alui causas ponit istiusmodi Galen. Aphoris. lib. 2. Aphoris. 20. Primam scilicet cibi minorem adsumptionē, quàm hepatum potentiæ congruat. Alteram quòd bilis parum cōfluat*

ad aluum. Tertiam propter potentiæ retentricis robur excrementa exiccans. Signa per se satis sunt nota.

Curationem Razes præscribit talem, ut nutrici parum cucumeris syluestris præbeatur, deinde altero die puerum lactet. Aut excrementorum murium sumat scrup. & cum pinguedine renū hirci in balani formam redigat, quo aluus clementer irritabitur. Enemata hîc etiā ab eodem admittuntur Raze. At Auicenna murium stercus in trium granorū pondere administrandum in uno cocleari aquæ contendit: quod tamen securius, & minori abominatione in glandiū forma usurpabitur. Itidē & mellis in glandis formam redacti præstabit usus. Atq; radicula maluæ, siue betæ huiuscemodi modo administrata. Hoc idē mētastro inesse, idē Auic. tradit. Similiter & in iridis radicula. Mellis præterea nōnihil puero degustandū esse, insinuat, quod uetriculum,

Notæ. Curatio.

Enemata.

Iridis radicula.

Mel.

lum, & intestina exterat, abluatq́. Non minus hoc in casu competere, idē adnuit, & terebinthinæ resinam ciceris magnitudine ventriculo vacuo ingestam. Proculdubio in hoc Æginetæ sententiam sequutus, qui lib. 1. cap. 6. scribat: Si infantis aluus durior, & adstrictior sit, melle cibo adiecto nutriendus sit. Quòd si ne tum quidem fecerit, ægerrimeq́ cunierit, resinā tūc terebinthinæ adijciendam esse. Constat enim hanc non solum aluum citra noxam soluere posse, verumetiam viscera omnia, iecur, lienē, renes, pulmonemq́ abstergere. Ad hæc pueri ventrem cū oleo oliuarum tepido clementer comprimendū, atque illiendū esse, præcipit. Porrò & vaccinum fel femori, seu coxæ, aut vmbilico superpositum ab eodē adprobatur autore. Cuius sententiā Dioscor. lib. 2. cap. 70. confirmat, quum omne fel deijciendæ alui cupiditatem proritare, conuincat: præsertimq́ in pueris, si quis

Terebinthinæ resinæ vires.

Fel vaccinum.

Fel.

con

concerptas ſtuppas eo madentes ſedi impoſuerit. Sunt qui huiuſmodi ſaltẽ vmbilico adligatas eadem præſtare, certo adfirment certius. Nonnunquàm etiã ex eorum tantummodo lotione eiuſcemodi expectanda eſſe cõmoda. Præterea cyclamini radicem emplaſtri modo adpoſitam, aluum ciere, perhibet, quod idẽ Dioſcor. lib. 2. capi. 153. confirmat, hanc enim ſedi ad ducenda excrementa in lana adplicari, profert, atque vmbilico, pectini, coxendici, idem ſuccus eius ille illitus, aluum mollire. Nonnulli mel crudum pãno lineo inuolutum glandis forma ſedi imponunt. Alij nucis teſtam butyro infarciunt, & vmbilico adponunt. Cæteri cũ felle bouis hoc efficiunt, atque cum felle ventrẽ vniuerſum perlinũt. G. Placentinus cũ melle, & ſale, balanum cõficere docet, ſiue melle, & ſtercore murium. Ventri ſubinde ſtuppam in decocto abſynthij, aloës, & pulegij infuſam imponunt. Poſtremo catti

Cyclaminis radix.

inte

intestina, ventri calidissimè adposita, plurimum conferre, in antiquissimo deprehensum est Enchiridio.

Morbus quadragesimussecūdus, Lumbrici, tæniæ, ascarides.

Mali descriptiones.

IN ventre infantis vermes nasci Auic. lib.1.Fen.3.Doct.1.capi.3.innuit. Cuius rei Hippocra. Aphor.lib.3. Aphoris.26. mentionem facit, cū iam adolescentibus, inter cætera quæ enumerat mala, lumbricos rotundos, & ascarides euenire, recitet. Sunt autem in summa tres lumbricorum differentiæ, iuxta Aeginetæ etiam sententiam. Vna quidem quæ tereti, & rotunda forma est secundum craßitudinem. Altera verò, quos lumbricos latos nominant. Tertia, quos Græci ascarides nuncupant.

Lumbricorum differētiæ tres. Teretes & rotundi, lati.

Ascarides.

Istiusmodi quoque vermium Galenus differentiam apèruit in Apho.Commen.26.lib.3.in hūc modum: Ascarides, inquit, sunt tenues quidam lumbrici, qui in

Lumbricorum differentiæ ex Galeno.

in parte maximè inferiore craßi intestini gignuntur. Hinc in lib. Epidemi. 2. ita scripsit, αἱ ἀσκαρίδες δείλης. hoc est, ascarides in occasu, quanquàm locus ille secus à nonnullis, sed perperã interpretetur. Huiuscemodi adparent plurimi in iumentis malè coquentibus, quorum malam coctionem fœtor indicat excrementorũ. Aliud verò genus lumbricorum & rotundorum, qui in superioribus magis intestinis generantur: adeò quòd ad ipsum quandoque ventriculũ adscendant. Multo verò plures hos quàm ascarides gigni in pueris, idem adiungit autor. Tertium latorum est genus lumbricorũ, qui & longißimi sunt, & per tota extenduntur intestina, de quibus nullam fecit Hippocrates mentionem: quoniam non eius erat propositum, de singulis agere paßionibus, quæ mortalibus accidant, sed de illis tantum quæ singulis ætatibus adcidãt. Idem verò Galenus in Isagoge sua ventris, & in

Ascarides in occasu.

Rotundi.

Rotundorum multò plures quã ascaridum in pueris gignũtur.

Lati.

Animaliũ in ventre tria genera ex Gal. isagoge.
Teres, & rotundum.

& intestinorum, tria esse genera animalium protulit. Primum quod tereti, & rotunda sit forma, longitudine palmari: aliquando verò maius, & vsque ad stomachum progrediens. Aegineta autem hoc amplius reddit copiosum scilicet esse, & hoc genus abundare, atque in gracilibus intestinis plerunque consistere, superioremq; ventriculum subire, quare per os sæpenumero reijci: fuisseq; præterea quibus per nares etiam hæc reiecta animalia fuerint, esseq; hoc genus infantibus peculiare, & quotidianum. Secundũ verò genus facere idem attestatur. Galenus

Ascarides.

quas Græci ascaridas adpellant, quæ in extremo longanone plerunque inueniantur, & post pubertatem fiant. Eiusmodi genus Aegineta vermibus simile esse dicit, & vbi primũ se claudat intestinũ illud, non longè ab ano inueniri, grauesq; illic pruritus excitare. Tertium verò quos

Lumbrici lati.

latos lumbricos vocant, adeoq; longos inter

terdum, ut totius intestini longitudinem æquent: à quibusdam verò fascias, propterea quòd his similes sint, vocari pariter & tænias. Paulus hîc addit, hoc genus nil aliud esse, quàm mutationē adnatæ in interiore intestino mēbranæ, in materiam animalis modo mobilem, quæ sæpenumero tota reddatur lōgitudine incredibili, aliquando autem pars eius aliqua. Hinc V. Marcellus ratus est Plinium dixisse, triginta cubitorum tineas ventris aliquando visas. Lumbricos autem Plinius sæpe ventris animalia, nonnunquàm tineas ventris vocitat. Vult autem Marcellus tinearum adpellationem secundo illi generi ascaridum competere, ob similitudinem, quas, quòd hæreant, motuq; cadreant, Græcos sic appellasse. Ad hæc admonitum esse vult lectorem Plinij, ut siquando tineæ, lumbrici legantur, teniæ legi posse, fortè ex lapsu scriptorum, aut castigatorū, græcorū medicinæ parum pe-

Fasciæ. Tæniæ.

Tineæ ventris. Ventris animalia.

Tinearum interpretatio apud Marcellū.

Tineæ pro teneis legendæ.

ritorum eueniente. Vulgus medicorum primum horum genus, vermibus in aceto generatorum æquiparat. Secundum verò seminibus cucurbitæ, quod in craßis intestini procreetur. Tertium serpentibus, in gracilioribus intestinis exortum. Celsus tantum duo genera lumbricorum in suis agnoscit scriptis, rotundos, & latos: tertij illius scilicet ascaridum, nullam mentionem faciens.

Lumbricorũ genera duo apud Celsum.

Causæ.

Omnium verò eiusmodi ventris animaliũ species, & causa, & origo, inquit Aegineta, est cruda & crassa, pituitosaq́ materia, & putrefactio huic functioni est idonea cuiusmodi in pueris colligitur, & in alijs pariter ætatibus, his scilicet qui vltra satietatẽ auidè sese ingurgitãt. Verũ nunquàm à calida & acri, vel melancholica materia: nam hæc nutricãdi naturam supergressa ad lumbricorũ constituendã originem inepta est, & prorsus inaccommoda: imò verò etiam contraria: corrum-

punt

punt enim hos biliosa præsertim excrementa. Hæc Æginetæ sunt verba.

Eadem fermè & Galenus de causis lumbricorum Aphor. lib. 3. Aph. 26. recitat, lumbrici ait, atq; ascarides videntur alijs animalibus proportionaliter gigni, quæ non ex seminibus, sed ex putredine habēt generationem. Sola enim putredo hæc non est ad generandum sufficiens, sed & calore plurimo indiget. Cibus autem plerunque corrumpitur in vētre, & præcipuè in inferiore puerulis. Verùm caliditas in valde tenellis nondum materiam obtinet: in in adultioribus autem & materia idonea est, ad animalium talium generationem, & præterea caliditas adest. Hæc Galen.

Accidere porrò plerūq; cūctis lumbricos tereteis habētibus, vellicatio intestinorū, Paulus indicat, & ventris, & tusses non magnæ, aridæ, irritantes: quibusdā verò etiā singultus, somniáq; cū tremore, & irrationalibus, stultisq́; ex somno resurrectio

Notæ, imprimis longorum & latorum.

nibus. Nonnullos verò cum vociferatione exurgere, & prosilire, sed rursus deyci, & in soporem prosterni. Pulsus autē esse inordinatos, & febres augeri nullo ordine pererrātes, cum magno articulorū algore, quæ per tertiā, vel quartā diei noctis ve partum hominē temerè inuadāt. Puerulis verò & grādioribus natu cū prominente lingua exhausta, stridorē fieri dentiū, oculos cōniuere, silentiū amare, & excitantibus indignari, stomachari, oculosq; apparere, & malas suffundi rubore, atq; rursus mutato colore liuescere. Breui verò hæc & ex interuallis fieri, quorundam verò stomachum petentes, nausearum & vellicationum autores esse, cibum ad hæc laborantes auersari: coactos verò nauseantes vix deglutire, oblatumq;, ac sumptum cibum euomere. Non paucis etiam ventrem deyci, cum esculentorum corruptione, eundemq; instar tympani inflari. Reliquum autem corpus præ-

ter rationem liquefieri, & tabescere, neque vlla fame præscripta, aut euacuatione immoderata admissa. Cæterum non omnibus idem persequitur autor, prædicta singulatim esse inquirenda inditia, sed tantummodo ea quæ principatum obtineant: aliquando verò plurima. Solent prætereà ex huiusmodi animalculis sese in intestinis circumuoluentibus, cum rotantibus, tum mordentibus, cum febrili ardore vapores ad cerebrum ferri, praui, ex coaceruato in ventre putrido humore nati: quorum tum vtrinque, siue sigillatim, in curatione administranda, rationem esse adhibendam admonet.

Proinde longorum, siue latorum lumbricorum notas Guliel. Placent. eiusmodi esse notat, oculorum videlicet croceum, vel pallidum colorem, famis tolerandæ impatientiam erosionem vehementem, syncopam ventris dolorem, præcipuè sub famis tempore: aquam ex ore progredientem,

vel supernè, vel infernè, præcipuè cum labor, aut febris ardua laborantem infestet, narium frictionẽ perennem: oculos cauos, anhelitum fœtidum. Tæniarũ porrò ventris indicia P. inducit istiusmodi, quòd febricitantibus quoque per diuturnas ægritudines adcidant, vellicationes adiacẽtes stomachi inferẽtes, & à cibis auersionem adpetitus inducentes, alimentiq; incontinentiam, viuificatũ enim in intestinis animal, nutrimentum rapere, & assumptum cõsumere, ita vt cõfestim altero opus habeat: quod si sumere quis supersedeat, intestina lancinare. Adcedere autem his, & ceu vmbrã comitari, corpus strigosum, & malè habitum, imbecillitatemq; cum turba corporis. Infallibile autẽ, ac certissimũ indiciũ esse, si cum stercoribus quædã semini cucurbitæ similia excernantur.

Tæniarum notæ ex Paulo.

Ascaridũ. Notæ.

Ascarides autem quum plerunque in extremo longanore consistere soleant, & quàmprimum secludat intestinum illud,

prope

prope anum conspiciantur, graues in his partibus pruritus excitant.

Cæterùm quia vermium genus infantibus, quàm alijs ætatibus peculiarius, magisq́ quotidianum, teste Paulo, & magna quidem ex parte cum febre est. Sunt autem ex recentioribus qui vermes cum febribus, à natura sui, semper mali alicuius esse portentum autument: quia particulæ alicuius oblæsionem, tum materiæ corruptionem, atque delictum aliquod portẽdere. Cuius rei ambiguitatem Paulus in hunc soluit modum: Vermes inquit, si circa febrium principia prouenerint, substantiam ex discrimine subiecto obtinere. Circa summos verò vigores, ex malitioso, putridoq́ morbo. Circa autem relaxationem febrium lumbricos scaturire rotundos ex omnium in melius mutatione. Adserit nanque Hippocrat. bonum esse, ac vtile lumbricos etiam rotundos ineuntis ægrimoniæ iudicatorium pro-

Prognostica.

Vermiũ genus infantibus magis, quàm aliis ætatibus peculiare.

Lumbricorum in febribus ortorum rationes ex Paulo.

gredi, sed hos ocyßimè perire.

Medicorũ recentium prognosticationes.

Neotericorum autem mens est circa febrium exordia, vermes aut viuos, aut mortuos excerni: illos autem mali indicij esse, quia corruptionem magnam hos effugere, vt in peste: hos autem melioris esse notæ, quia mundificationem indicare. Circa morbi autem statum ambos malum quoddam portendere: fortè quòd febris insequens vermes semper malum sit, quia lumbricorum nutrimentum absumat, & putredinem adaugeat lumbricorum alimentum: & lumbrici ex febre inflammentur, & calescant, tum torqueantur, moueanturq́, vt eò magis lumbricosum molestent, adficiantq́. Iuxta finem autẽ febriũ viuos adhuc boni quidpiam repræsentare, videlicet mundificationis argumẽtũ. Mortuos autẽ mali nũcios esse, quia ex materia malitiosa prouenire.

Febris insequens vermes, semper malũ.

Prognosticon Razis

Aliud addunt prognosticon Razis & Auicenna adnuentes vermium exitum

tum absq; febre, cum sanguinis autem profluuio, malum esse, quia in corpore, & intestinis innocumentum inesse, interpretes nonnulli referunt. Sanguinis autem fluorem læsionem aliquam ex vermium erosione illatam indicare. & Auicennæ.

Proinde ex recentioribus quidam Ioannes Matthæi cognomẽto de Gradi dictus, Alzarauij fortè autoritate persuasus, Ascaridibus abundantes breuioris vitæ fore, dijudicauit. Prognosticum Ioannis Matthæi.

Postremò lumbricorũ curãdi præcipuam esse intentionem Paulus expulsionem esse ostendit. Prorsus enim expelli ventris animalia conuenire, siquidem plerosq; quoniam hoc neglexerint, ab ijsdẽ corrosos euulsosq́; & extinctos fuisse. Neque etiam deesse, qui adserant se vidisse per inguina languentis lumbricos prorepsisse. Præstare igitur ipsos expellere, expelli autem si prius enecentur: enecari autẽ medicaminibus maximè amaris. Mi- Curatio. Mixaria.

xaria igitur decocta sic habentibus, vel potui, vel esui offerenda.

Razis curatio priori nõnihil diuersa.

Cui nõnihil reluctari sententiæ Razis in lib. de puerorum adfectibus videtur nequaquam concessurus vt medicamenta potui, scilicet tãtum forinsecus puerulis offerenda esse. Ex quibus seligit medicaminibus hoc primum lumbricos quasi deturbaturum. Adripere enim iubet cyminũ cum felle tauri recenti mistum: & ventri emplastri modo adplicatũ. Hoc ego medicamẽto puerũ curaui lumbricosum, ex cuius adpositu & vermes ab intestinis proliciebatur, & per vmbilicũ incõparabilis multitudinis, aqua, saniesq́ profluebat. Ad Razem verò redeamus, qui et lupinorum agrestium drachmam vnam accipere docet, & cum Psyllio, & baccis lauri, atq́ bile laurina concinnare. Quotidie etiam lumbricis adfectos bibere, vult ex decocto sebesten: aut oleo oliuarũ, siue de amygdalis dulcibus, siue amaris, vt aliqui intelli-

Historia.

gunt

gunt Auicen. aquam de santonico (quod nos herbam lumbricorum nominamus) puerulo cum lacte tribuendum statuit. Seminis eius apud nos vsus est familiaris: cuius etiam odorē vermes fugere, atq; inferiora petere intestina traditur. Cuius & in locum surrogamus origanum. Pleniorem si quis de lumbricorum curatione desideret notionem, & præcipuè neotericorum, Michaëlis Saphanorolæ Medici celeberrimi, de vermibus legat librum, omnia satis abundè hîc necessaria differentis. Vniuersa enim vel singula in præsentiarum velle recensere, nostri, neq; ab initio, neque nunc, erat instituti.

Sautonicū. Herba lumbricorum. Santonici semē apud nos vulgare.

Origanū.

Morbus quadragesimustertius, Vmbilici inflammatio, vel eius augmentum Auicennæ, ἐχόμφαλον apud Græcos dictum, vmbilicus prominens Celso, prociduus Plinio, quid sit.

Morbi descriptio.

PAruis, et nuper natis puerulis vmbilici inflammationem contingere Hip. Aph. libr. 3. Aphoris. 24. adnuit. Cuius verba Galen. interpres eius corroborat, vmbilicorum enim inflammationes, non multò antea præcisorum, non sine ratione nouiter natis puerulis adcidere, non secus ac si alia pars foret vlcerata. Ob quam etiam rem Auic. lib. 1. Fen. 3. Doct. 1. cap. 3. adserit, infanti adcidere apostema, propriissimè tamen quando vmbilicus incidatur. Itidem Razis in libro de puerorum adfectionibus capite 2. vmbilici prominentiam pueris adcidere, quando plangant, vel vociferent, aut tussi concitantur magna adprobat. Hîc verò obseruandum vmbilici interdum augmētum, autoritate Auicen. prouenire, quòd Celsus prominentem vocitet vmbilicum, Plinius verò prociduum, adfectum scilicet non sub inflammationis, siue apostematis genere contentum, sed in ramicis, siue her

Vmbilici inflammatio.

Vmbilici apostema.

Vmbilici prominentia.

Vmbilici augmentū.

Vmbilicus prociduus.

herniæ, aut rupturæ ſpecie comprehenſum, de quibus in proceſſu ſingularis ſermo faciundus.

Conſtat idcirco ex Galeni verbis iſtiuſmodi inflammationis cauſam nonnullam obuenire ex præciſionis vmbilici incõmodo. Aut ex eiuſdem aliquo dolore, aut ligatura perperam facta: ex quibus deinde humores facillimè ad locum adfectum confluant. Razis hîc planctus vlulatusq́ʒ vociferationes, aut tuſsiculas immoderatas: item caſus, percuſsionesq́ʒ pro cauſarum origine ponit. Sunt qui vmbilicum tumere, nonnunquàm velint propter materiam aquoſam, ſiue ocioſum aliquem humorẽ delapſum, ex ligatura, & præciſione iſtic detentam. Natura enim quæ pridem lotij materiã huc deferebat, iſtiuſmodi operis nondum oblita, fœtum adhuc in vtero exiſtente, nũc verò ob impedimenta modò dicta, id præſtare non poteſt, quare locũ illum nonnihil tumeſcere, in con-

Cauſæ.

Vmbilici tumor.

feſſo

fesso esse omnium fertur.

Notæ. Idcirco mali huiuscemodi notæ nulli non sunt obuiæ, exactius etiam rem ipsam perpendenti, tum eius procatarcticas res consideranti.

Curatio. Contra malum hoc Auicenna vnum singulare excogitauit remedium, quo communiter vti liceat. Recipitur enim Nardi celticæ semuncia, qua contrita, & cum terebinthinæ resina in vncijs 3. cõmista, deinde cũ oleo sisamino, siue amygdalarum dulciũ, aut in forma Epithematis, siue vnguenti administratur. Nos possemus stuppam eiusmodi rebus infusam vmbilico dolẽti adponere. Sũt qui in priori forma adplicari doceant, aut emplastri, vel epithematum vice cõposita, cerussam lotã, & lithargyrũ, cũ oleo sisamino, & terebinthinæ resina. Razes autẽ lupinos amaros, et pecias panni linei, comburi, docet, deinde verò cum vino perfundi, atq; stuppa iniecta vmbilico imponi. Vult prætereà flexilem

Remediũ Auicennæ singulare.

vm

vmbilicum iuxta oras eius cauterio curandum esse, minimè tamen hoc in loco flexili attentandum esse, ob nimiam cutis eius teneritatem.

Morbus quadragesimusquartus λιθίασις, calculus.

INter reliqua quæ iam pueris cum magis adoleuerint eueniant mala, Hippocr. Aphoris. lib. 3. cap. 26. Calculos enumerat, quos, propriam puerorum esse passionem Galenus super eodem loco commonstrat. Quem quidem sanè Aegineta sectatus in 3. De arte medend. libr. capi. 45. Calculorum in vesica concretionem puerilem vexare ætatem plerunque ostendit. Quorum sententiã Arabes imitati, vt Auicen. & Razes, qui plurimum in infantibus calculos fieri in vesica in prouectioribus verò in renibus adstruũt. Causas verò istiusmodi calculorũ in pueris eue nientiũ. Gal. esse edacitatẽ aperit, nõ paucos

Descriptio morbi.

Calculus puerorum passio propria.

Causæ.

Causæ.

cos crudos humores coaceruantem, ex quibus pars craßior vnà cum vrinis ad vesicam perueniat, lapidũ generationis materiã efficiens. Adcedere verò alterã causam, scilicet caliditatis vehementiam. Et senes quoq; aceruare humorem crudum non paucum, non propter edacitatem vt pueri, sed propter potentiæ concoquentis imbecillitatem, quum tamen colorem fortem non habeant, qui ex materia crassa vaporem resoluens lapidem generet. Eadem & in Epidemiorum Hippocratis lib. 6. ab vtrisq; inculcantur autoribus. Pueris videlicet magis vesicæ quàm renum calculos adcidere: nam & si crassa materia quæ lapidis generationi sit adcommoda in pueris ad renes perueniat, tamen quia calor innatus his ipsis multus insit, virtusq; naturalis robusta, ideò crassitiem dissolui illam, deorsumq; pelli, ac in vesicam reponi, minimè in renibus permanere. Vesica autem quum sit frigida:

gida, neruosa, & exanguis, amplamq́ habeat capacitatem, fieri, vt illic concrescat, coagmenteturq́, ac in lapidem crassities illa transformetur. Contra verò cũ senescentibus euenire, quibus renum calculus magis accidat, quòd calor eorũ, virtusq́ imbecillis sit humores crassos ex renibus deorsum pellere non potens, qui cũ illic remaneant facilè, tunc in lapidis duriciem transire. Num itaque Hippocrates ait, Concretio puerulis post vrinam magis, quia calidiores? Ex quibus liquet puerorum caliditatem esse cõcaussãm, vt vesicæ lapis procreetur, at glutinosam crassiciem, quæ proculdubio ex vrinæ crassicie proueniat, quæ caliditatis humorum est concretio, veram causam esse, constabit. Hinc Paulus materiatam in calculis gignendis occasionem esse, crassum, & humosum, terrestrém ve humorem innuit. Effectricem verò, flagrantem renum ardorem, siue vesicæ.

Nonnulli autem exponũt in pueris omnes potentias esse robustiores, tum ipsos calidiores etiã existere, quare humorũ crassicies ad renes descendat liquida, & resoluta, quæ deinde facilè ad vesicam depellatur, receptaculum scilicet frigidum, nerueum, exãgueq́, in quo meatuum amplitudo prohibeatur, propter ostioli in vesica arctitudinẽ, longitudinemq́, quò facilè illic materia humorum superuacanea inflammetur, atque in craßiciem denuo immutetur.

Notæ. Istiusmodi tunc mali notæ ex eiusmodi iuxta Paulum arguuntur indicijs, quòd lotium edatur crudũ, & subalbidũ continuè, cum sabuloso sedimine: pueri quoque subinde cõtrectent verẽda, atque intẽdãt: identidemq́, in lotiũ, vrgeantur, & vrina stranguletur, quod mali genus στραγγουρίαν Græci nominent. Haud absimili modo Razes huiusmodi significari notis in vesica calculum, arguit. Stranguria scili-

Strãguria.

cet,

cet, & dolore immodico, vrinæ tenuitate, virgæ pruritu, eiusq; perenni surrectione.

Paulus circa curationem istiusmodi admonet, in vesicis puerorum calculos efficacioribus, & vehementioribus adminiculis superandos esse. Nos verò iuxta communem vsum, calculosos pueros, etiã Razis autoritate, quotidie balneamus, cũ maluarum, alteæ, sem. lini, siue paritariæ, & id genus aliorum decocto. Pudenda præterea eius frequenter cum oleo perungimus. Aquam insuper ex moris bacci lacti infriatam in potu præbemus. Ad hæc sanguinis hirci, & puluerẽ scorpionis vsti, cum oleo scorpionis, siue liliorum alborum commiscemus, verendisq; adponimus. Admonet porrò Aegineta, quòd si supra modum calculus creuerit, & ceruix vesicæ obturata sit, per quassationes καθαιρέσεως, vel lichotomia, vtendum esse, quemadmodum in volumine de Chirurgia demonstretur. Curatio.

Morbus quadragesimusquintus de meientibus intrò, ex Paulo.

Morbi descriptio

Langore, depreßionémve musculi vesicæ circa collum, eam adfectionem facere, Aegineta lib.3.de arte medendi capi.45.prodit, qua adflicti introrsum vrinam reddere soleant, quapropter pueris præcipuè accidere, consueuisse. Proinde ijs communiter quæ robur inserant, quàm maximè vtendum esse, puta ænelæo calido, atque consimilibus, cauentes quæ valde refrigerēt, fouentes verò vndique magis, quantum fieri poßit, calidis: frigiditas enim, tanquàm resolutionis, quam paralysim dicunt, vim habet. Tum si physicè perpetrare volueris, Galli adcipias guttur crematum, aqua tepida ieiuno potui exhibeto. Siue leucanthemi flores, modo non absimili. Aut erinacei testiculum in vino fragranti bene friatum porrige. Nepetham item, atque myrrham sub som

Vrina introrsum reddita.

Curatio.

Frigiditas resolutionis vim habet.

somnum, aut rutæ syluestris semen frictu per triduum propinato. Pudenda denique eo malo tentati creta cimolia cum succo perdicialis circunlinito. Hæc ex Paulo.

Morbus quadragesimussextus, Inguinis ramex, quem Græci βουβωνοκήλην. Item intestinorum ramex, quem ἐντεροκήλην vocant.

Rupturam, siue herniam, aut tumorem, vel inflationē in puerorum inguine prouenire Auic. lib. 1. Fen. 3. Doc. 1. capi. 3. tradit. Hoc autem mali ab Aegineta ita describitur fieri, quum disrupto quidem peritoneo intestina delabentur, tunc nimium sanè curatu difficile esse: si autem extenso peritoneo laxum reddatur intestinum, sanabilius reddi. Puerulis verò magis tanquàm humidis adcidere, & plerunque absque manu medica impositu medicamentorum, & adcommoda ligatione curari. Huiusmodi Morbi descriptio.

præterea adfectiones, alioquin cognatas,
attamen loco dißidentes, diuersam sortiri
adpellationem. Nã si in inguine subsideat
hoc malum (de quo in præsentiarum sit
βουβωνοκήλη. mentio) βουβωνοκήλην appellari: si autem in
scrotum iam descendat ἐντεροκήλην, id est,
ἐντεροκήλη. intestinorum ramex dici. Sunt autem &
alia testium mala, quæ hîc prætereunda
sunt, quum hîc de inguinis ramice tan-
tummodo sit agendum.

Causæ. Enterocelis autem causas esse autores
volunt, fletus, eiulatusq́; frequentiam pe-
ritoneon distendentem, ex diaphragma-
tis motu inferiora comprimentis. Hic ve-
rò notatu dignum interdum laxata scro-
ti cute, interioribus in sua sede manenti-
bus fœditatẽ fieri, quam Auicenna mol-
Mollificatio rhacosis. lificationem vocet, Paulus verò ὀσχέου ῥά-
κωσιν. Ramicis prætereà in pueris causam
esse aliqui volunt, repletionem immode-
ratam, & fortem in egerendo expres-
sionem, & flatuum aliquorum plus iusto
irre

irrepentium superabundãtiam, quũ eorũ peritoneon sit tenue, siue tenerum, facilè rupturæ obnoxium.

Ex tumore autem, siue inguinum inflatione huiusmodi mali notæ satis sunt apertæ. Notæ.

Curabitur autem Auic. autore, duobus potiss. remedijs, scilicet, Ameos, tum lupini amari administratione. Ameos enim cum oui albo conspergendum esse, atque panno subtili inuoluendum, demum ramici superponendum. Ammi quidem, quod Ameos vulgares vocant, calfacit, & siccat, naturæ feruidæ, atq; plusquàm cyminum extenuat, ad hoc adaperit, tum detergit, flatusq; ita inguinis, siue aquositates dißipat, cùm oui album restringat. Galenus hoc semen Ami nominat, & maximè vtile, facultatis excalfactoriæ, & desiccatoriæ, tenuiumq; partium: in calfaciendo, exiccandoq; tertij ordinis esse intensi. Lupini autem adsa- Curatio. Ammi. Ameos. Ami.

ti cum myrrha friati, & cum vino cocti, sub æquali pondere, denuo cum panno emplastri modo inguini vtiliter adponitur. Lupinus enim amarus, teste Galeno exterendi, digerendiq; vim obtinet, quare flatus, siue aquei humores, si qui illic fuerint, facilè tollit. Myrrha autem exterit, siccat, & adstringit. Enumerat præterea alia nonnulla medicamenta, idem autor, huic adfectui congruentia, scilicet calida, & adstringentia, vt sunt myrrha, cortices cupreßi, eiusq; nuces: aloë, acacia, & id genus alia. E quibus recentiores Medici eiusmodi cõcinnant, in emplastri forma, medicamentum compositũ. Recipiuntur enim myrrhæ, cor. cupreßi, eiusq; nucum, aloës, acaciæ, æquè drachmæ duæ, quibus optimè tritis, & cũ piscium glutino incorporatis cum aceto dissoluto, inguini adfecto adponitur. Aliud verò puerorum herniam consolidans ab Auicenna conscriptum. Recipit enim corti

Lupinus amarus.

Myrrha.

Emplastrum.

ti. granatorum drachmas decem, gallarum immaturarum drachmas quinque: & cum vino adstrictorio concoquit exactissimè, intestinis verò prius ad interiora detrusis, atque cum aqua frigida locus adfectus ablutus, denuo emplastrum hoc adplicatur: neque deponitur, nisi vnius hebdomadæ, aut decem dierum ad minus spacio elapso. Aliud, & satis efficax quod prioris in locum surrogetur. Recipitur enim mastichis, cor. thuris, nucum cupreßi, myrrhæ, collæ, siue glutini piscium, sarcocollæ omnium partes æquales, & glutino cum aceto soluto, facito emplastrum. Aliud.

Razes autẽ in puerorum hernia eiuscemodi conficit emplastrum. Adcipit autem aluminis aureos viginti, gallarũ aureos duos, quibus tritis, & cum vino coctis, donec ad craßitudinem redigantur, loco dolenti adponit. Hoc idem cũ spongia aceto, & aquæ infusam admolimur. Razis curatio. Emplastrum.

Recentiores verò nasturcium agreste torrent, atque cũ lacte cocto præbent. Dein verò herniacos balneant ex decocto corticis mali punici, balaustiarũ, acaciæ, myrti, sumac: postea verò emplastrum huiuscemodi administrant. Accipiunt picis ex nauigijs derasæ (quam & resinã Zopissam dicũt) aloës singulorum drach. 3. mastichis, thuris, æquè drach. 2. terræ armeniæ, sanguinis draconis æquis portionibus drachmas septem, lithargyri, resinæ liquidæ, aliâs colophoniæ, armeniaci, galbani, singulorum drachm. 2. gallæ, visci quercini vniuscuiusque vnciã vnã, aristolochiæ vtriusque singularũ drachmas tres, myrrhæ, resinæ terebinthinæ, lapidis hæmatitum æquis portionibus drach. 2. balaustiarum, cor. mali granati in æqua portione drachmã vnã, sepi hircini librã vnam cũ dimidia, consolidantiũ herbarũ singularum drach. 2. gallæ, sanguinis humani recentis, cuiuslibet libram vnam,

Recentiorum curandi modus.

Emplastrum.

Resina zopissa.

omnibus in aqua maceratis, in qua pellis arietina cum lana sua tota sit madefacta per decoctionem, additis etiam pilis leporis in bona copia, deinde singulis legitimè compositis cum oleo rosarum & myrtorũ cõficiatur emplastrum, quod loco herniaco adplicetur.

Morbus quadragesimusseptimus, Anus procidens.

INfanti adcidere quod eius intestinum egrediatur Auicẽ. lib. 1. Fen. 3. Doct. 1. capi. 3. colligit. Per intestinum nos intelligimus id quod Græci (interprete Marcello) à rectitudine ἀπευθυσμένον, Latini rectum adpellãt: quódque Pollux in secũdo sui Onomastici crassiori intestino, quod Græci κῶλον dicant subesse, excipereq́ illud, & in sedem, & anum desinere. Mali descriptio. Intestinũ rectum.

Causam verò istiusmodi mali esse, interpretantur autores, continuam ventris lubricitatem cum immodica humiditate, atque musculorũ duorum ano suppositorũ, Causa.

in

in longanonis interioribus imbecillitatē, quorum munia sunt anum subleuare, in egerendo se deprimentem: porrò & ob musculorum anum recludētium infirmitatem. Sunt qui scribant hoc ex musculi anum constringentis, ad superna reducentis vehementem mollificationem prouenire, quare anus procidat, forinsecusq́ promineat, quòd musculus corrugari non queat, vt ipsum supernè reuehat. Eiusmodi verò mollificationem siue ab interna, siue ab externa accidere causa: videlicet infrigidante, atque humectante. Interdum etiam ob apostemata in ano existentia euenire, vt anus procidat. Nonnunquàm etiam musculus adeò relaxetur, vt foras promineat. Fieri præterea vt anus aliquando procidat in magnitudine palmæ, quia eum recti intestini concomitetur extremum. Plerunque tamen id mali pueris adcidit, propter ipsorū humiditatem, neruos, musculosq́ remollientem,

tem, & laxantẽ. Senibus verò id euenit ob neruorũ, musculorumq́ ariditatẽ iam quasi inueteratam, nõ tam facilè, esto pituitosa in dies hîc materia adcumuletur, relaxatorum. Notarum indicationes sunt manifestæ. Notæ.

In curatione verò præsentis incõmodi decoctum, quod Græci ἀπόζεμα vocãt, conducibile esse Auicẽ. docet. Hoc autẽ interpretes eius fieri persuadent, ex corticibus mali punici, & myrto recenti, & glandium cupulis rosarum floribus aridarum, cornu cerui ambusti, alumine scißili, vngula caprina, balaustijs, gallis omnibus sub æquali põdere: nempe semunciæ, sumptis, & in vino austero coctis, apozema concinnetur, cui puer vmbilico tenus insideat, prius tamen ano legitimè intromisso. Adstringentia enim nequaquàm sunt adplicanda, ni prius anus intrusus sit. Qui si huic conatui reluctaretur, cũ digitis, aut lana enitendũ erit, vt quàm molliter repona Curatio. Apozema, siue decoctio.

ponatur. Vel puer prius in decocto maluarum, vel liliorum bulbis balneetur, quò anus lubricior nonnihil reddatur. Postremò autẽ ex astringentibus nonnulla auxilijs, quædam vel in forma pulueris, aut ex oleis, vt mastichino, myrtino, cotoneorum exhibeantur. Nonnulli in casu præ-

Puluis. senti eiusmodi commendant puluerem, adcipientes gallarum, myrrhæ, aloẽs, mastichi, sumac, quinque balaustiarum, in puluerem redactis, qui ano superaspergatur, siue intromittatur. Ex recentioribus sunt qui suadeant primum in aqua, vel vino decocti ex costo, fabis, hypocistide, cor. mali punici, balaustiarum, pillul. arboris cupreßi, puerum balneandum esse: dein verò intestinum rectum cum oleo laurino perungendũ. Postea verò puluerem istũ superaspergendũ. Recipiunt autem myrrhæ mumiæ, nucũ cupreßi, mastichis, thuris, gallarum, sumac, omnibus in puluerem redactis, quẽ superaspergũt,

siue

siue intromittunt. Primò autem anus procidens ex decoctis, fouẽdus est: postea inungendus, postremò puluere inspergendus. Sunt qui velint primò anum cũ oleo & succo maluæ perungendum: deinde pulueres ex pice, sanguinis draconis, & id genus alijs superaspergi. Aut ex adstringentibus suffiendum, vt sunt gallæ, balaustiæ, & alia, cũ decocto ex vino, vel aqua pluuiali concinnato. Bdellij suffitus hîc maximè cõmendatur. Lotiũ postremò languentis adhuc calidũ, cõspersum, procidẽtia sedis opitulari, P. Aegineta tradit. Canones hîc obseruandi.

Morbus quadragesimusoctauus, Tenesmus, siue tentio.

Circa intestinum, inquit Galenus, quod rectum nominatur, tentio fit, eandem habens causam ac dispositionem, quam in difficultatibus intestinorum suscipiũt illa quæ superius iacent intestina. Hanc præterea passionem nomẽ adcepisse (vt inquiũt) ab illa quæ fit in ea intentio Morbi descriptio.

tione, ob quam cùm cacare vehementer adpetant, continuè exurgant. Hæc Gale. Aphor. lib. 7. Apho. 27. in quo ostenditur mulieri vtero gerenti, si tentio superueniat, facere abortū. Aegineta multum desidendi impetum & cupiditatem, hoc malum esse dicit, paucis admodū sequentibus excrementis (quē τηνεσμὸν Græci vocent) quãdoque etiã intestinorum tormina præcedere. Esse præterea hunc morbum crebrū, & implacabilē ad deijciendum impetum, ac desiderium, aliud nihil præter exigua cruenta quædã, vel mucosa agens, quæ tantum nō totius mali causam constituant: factaq; in longanone tumidam inflammationē, hærentium illic excrementorum opinionē, & excernendi ea cupiditatem inducere.

Tenesmos.

Causæ.

Tentionis porrò causæ quàmuis sint innumeræ, potissimum tamen à frigiditate prouenire ab autoribus proditur: vt siue ex pituita crassa illuc sua grauedine incli

clinante, quare plerunque calorificis remedijs curari.

Ex istiusmodi adfectu dolor usque ad umbilicum protruditur, siue distenditur, atque post cibi ingestionem sanguinolentarum guttarum excretione. Si verò ex apostemate hoc malum euenerit intollerabilis ex eo consequatur dolor. Identidem cum eo ex ulceribus orto eueniet. Ex hæmorrhoidibus verò nato, tumor, & inflatio, et cruciatus, iuxta ani parteis comites erunt. Plerunque tamen hoc fieri Aegineta osten dit, propter tenuis intestini statum stercore obducto, quod ex tarda & infrequenti exurrectione dignoscatur. Ex tentione verò diutius immorante, colica, ileon, vigiliæ, virium imbecillitates, capitis adfectiones, syncopa, proueniunt: omnia huiusmodi ex cruciatu illius mali euenientia. Notæ. Prognostica.

Sæpenumero hoc ipsum per se ortum, aliquantulumque progressum, cõquiescere Aegineta testatur. Auicenna verò ex frigi- Curatio.

ditate prouenięti congruere adserit semen nasturtij, & cumini in puluerem redactum, et cũ aqua gelida, tũ butyro vaccino veteri conspersum, ebibitũ. Istiusmodi etenim semina calefacere, extenuare, crassos humores incidere, interpretes produnt: quorum etiam acumen butyrum & aqua gelida infringant. Cuiuslibet autem seminis drachmas duas pro dosi vna sumendas ijdẽ tradũt. Consultius tamẽ esse perhibent præsertimq́; in pueris, vt foris, infernèq́; eiuscemodi administrẽtur auxilia, veluti etiã, autore Auicen. sunt suffitus, enemata calida, furfuris circa lumbos, & pecten adpositio: item milij & salis cum ligamẽto, siue spongia calefactorum, iuxta sedem adplicatio. Adhæc asperginũ, quæ ἐμβροχαὶ dicantur ex spongia cum aqua calida, vel sicca tantummodo calefacta vsus. Oleorum præterea calidorum hîc maximè comprobatur administratio: tum loci adfecti calefactio, quã cum vini, aut olei per-

Aspergines Embrochæ

mistio

mistione admoliamur. Dolores porrò mitigari, & distentiones enchatismatis quæ è fœnogræco, aut malua, aut lini semine fiant, Aegineta tradit. Sessionem verò super terram calidam iuuare Auicen. adfirmat. Recentiores medici anisum, nasturtium, & cuminum torrent, atq; in pulueris modum contundunt, demum in lacte tribuunt. Sunt qui scarabeos, siue vermiculos sub vrceolis inuentos, cum sepo hircino misceant, atq; emplastri modo loco adfecto insinuent. Enchatismata.

Morbus quadragesimusnonus, Intertrigines femorum, quas Græci παρατρίμματα, Latini nunc attrita, nunc cõfricata membra adpellent, Excoriationem in coxa Auicenna.

INtertriginis leuissimum mali genus esse in Paulo Aegineta super lib. 1. Commentarijs exposuimus, quod Plinius nunc attrita, nunc confricata adpellet membra: qualia angusti calcei atterentes, & Morbi descriptio. Membra attrita, confricata.

vrentes in pedibus efficiant: aut qualia confricatis longa equi vectione, in interioribus feminibus, hoc est, fœmoribus, aut alijs partibus, ex alijsq; causis accidant. Auicenna hoc malum excoriationem infanti in coxa euenientem nominat.

Excoriatio in coxa infantiū ex vsu cōmēdatur.

Ex inflammatione autem, siue punctione, aut forti excrementorū, siue vrinæ detersione in infantis inuolucris ex nutricis incuria relictorum euenire, autores decernunt. Egestis equidem nonnulla biliosæ materiæ admisceri, salsugine, atq; amarulentia quadam conspersa, quibus facilè membra deinde atterantur. Ex lotij verò acrimonia potißimùm hoc prouenire Razis est sententia.

Curatio.

Itaq; in primis pueros contritos esse balneandos cum decocto violarum aridarum, hordei decorticati, alteæ, & id genus alijs, idem admonet autor. Deinde verò myrtum, rosas, hordei farinam, & alia commodè membris attritis, sub pulueris

for

forma inspergi. Haud secus Aegineta aduersus intertrigines feminũ, myrtum siccam, & cyperum, & rosas magno valere commodo tradidit. Quorũ omniũ loco superius ostenso, satis liberalem fecimus mentionem. Auicenna autem istiusmodi remedia, in præsenti casu competentia, sex numero, & quasi præcipua esse, contendit. Primum est myrtus: adstringit enim & indurat, ob quam quidem causam, his quæ inducendis cicatricibus conficiuntur, utiliter (teste Dioscor.) immiscetur, facitq́ ad ambusta capitis manantia vlcera, furfures, pustularũ eruptiones, intertrigines, rimas, condylomata, & laxatos articulos. Secundum est iridis radix, quæ etiam fistulas, & sinus carne explet. Terium est rosæ, quæ siccatæ, eædemq́ tritæ, fæmorum intertrigini vtiliter inspergi Dioscorides tradit. Infrigidant enim, exiccant, & corroborant, tum cuticulam restaurãt. Quartum cyperus, quia pariter excalefacit, &

Remedia sex.

Primum.

Secundum. Iridis radix.

Tertium, rosæ.

Quartum.

desiccat sine tamen mordicitate, quare & ulceribus præ nimia humiditate cicatricē difficulter admittentibus mirè cōducit, autore Galeno lib. 7. de Simplici. medic. facultatibus. Quintum & Sextum sunt hordei, atq; lentium farinæ. Hordeacea enim exiccādo refrigerat, nōnihilq; abstersionis habet, quum lentes valenter adstringant, mediū caliditatis, & frigiditatis obtinētes. Autorum interpretes ambas simul æquali pondere sumendas præcipiunt, atq; intertriginibus inspergendas, atq; magno sic commodo profuturas, quòd mundēt, siccent, attritionem resarciant sine omni mordacitate. Quos quidem nonnulli imitantes myrti, hordei, fabarum, lentium simul recipiunt pulueres, quos cum oleo rosaceo concinnant, atq; cum his loca contrita perungunt. Sunt postremò aliqui qui tantūmodo puluerē hordeaceæ farinæ cū tragacātha recipiāt, supra modum huic adfectui conducibile medicamentū fore, dijudicantes.

Quintum. Sextum. Hordeacea farina. Lentes.

Mor

Morbus quinquagesimus, Exanthemata, id est, pustularũ eruptiones quæ variolæ, & morbilli ab Auicen. dicuntur: à Raze exanthemata, & eulogium: Algidra verò, & alhasba ab Alsaharauio: à Plinio papulæ, & pituitæ eruptiones.

ADcidere præter magnos quosdam tumores, in corporis superficie non infrequentius, paruas quasdam vel eminentias, vel maculas, Ioannes Manardus epist. lib. 7. epistola 2. prodidit: illas autem pustulas, vel bothor, has verò cutis defœdationes vocari. Quæ licet inter se, & ab alijs differant tumoribus ab eisdem tamen humoribus fieri, à quibus & magni existant tumores, maioris tãtũ minoris ve ratione distantes. Quarum equidem pustularum nonnullas à sermonis consequentia, & vocum similitudine tracti nonnunquàm enumerârit, sicut lepram, scabiem, impetiginem, alphon, leucen. Maiorem

tamen habere ambiguitatem nonnullas, præcipuè apud antiquos, sub quónam nomine de illis loquendum sit, vt sunt variolæ, & morbilli, ab Auicenna: à Raze exanthemata, & eulogiũ nũcupatas: quas Alsaharauius algidra, & alhasba nominet. Qua quidem in re, vt idẽ opinatur autor, non multũ laborãdum esse. Si enim variolæ (vt Auicenna velit) sint pustulæ sanguineæ, & morbilli ex bilis, sanguinísq; fiant mistione, nihil certè addere supra cõmunem pustularũ eruptionem, siue rationem, nisi quòd per modum crisios, hoc est, cuiusdã veluti iudicij, in malignis quibusdam febribus cõtingant, & epidemialium, contagiosarumq; ægritudinum more, & pluribus eodem tempore accidant, & de vno in alterum vagãdo pertranseant. Supra earundem præterea pustularum curationem nihil, nisi quòd repellendæ non sint, sed potius opere veluti naturæ genitæ, morbi materiam in ignobilio

Exanthemata. Eulogiũ. Algidra. Alhasba.

Variolæ. Morbilli.

liores parteis expellentis, iuuãdæ omni ingenio, et prouocãdæ. Quare de nomine earum frustra eum sollicitari, qui hoc nouerit quũ eandem curationem, quocunque vocentur nomine, desiderent. Attamẽ de eis sub qua voce Gal. scripserit in libro 5. capi. 11. Artis curatiuæ apertißimè cognosci, vbi exanthemata vocentur. Nanque pustulas in quadam pestilentia in asperarum arteriarũ interiore tunica, totaque extima corporis parte contingentes nõ alio quàm exanthematũ nomine adpellauit. Aliud verò nomen, si quis inquirat Hip. li. 3. Epidemiarũ perlegat, in pestilẽti cõstitutione aduenisse inter alios morbos dicentem, magna ecthymata, hoc est, interprete Galeno, tumores sponte in cute florentes, à craßis humoribus genitos. Tenues enim humores exulcerationẽ potius gignere quàm tumorẽ: crassos autem in tumorem cutem extollere. Ex quibus verbis certè colligendum, nõ solum quo nomine, eiusmodi morbi ab antiquis

Exanthemata.

Ecthymata magna.

vocati sint, sed etiam quónam modo inter se differant. Variolas enim à materia fieri craßiori, morbillos à tenuiore. Et illos quidem ecthymata magna, scopulos lingua Italica, minora variolas. Porrò & morbillos herpetes nominari, quos Hippocr. eodem in loco, herpetes multos, magnos vocet. Magnos videlicet, Galeno interprete, vel quòd magnum occupent locum: vel quia cum magna contingãt erosione. Vidisse præterea se morbillos quandoq; altero tantum, quandoq; vtroq; modo magnos. Latinum verò nomen si quis horum morborum scire desideret, à Plinio papularum, & interdum pituitæ eruptiones dici.

Variolarũ & morbillorũ materię scopuli. Herpetes multi, magni.

Papularũ pituitę eruptiones,

Postremò hîc minimè silendum exanthematis nomen nonnihil latius patêre, quorum nonnulla capitis propria, altera toto corpore prouenĩẽtia, quædam subrubras, & asperas exulcerationes perficere, quæ à tenuioribus proueniãt humoribus: nonnulla

Exanthematis nomen patet latiùs.

nulla verò exiguas perferre pustulas, quales ex vrtica vel sudore fiant, quia ex crassioribus proueniant humoribus: quare Pauli, Celsiq; exanthema nonnihil discrepare euidenter innotescat.

Recentiores autem medici eiusmodi esse pustulas scribunt, quasi exiles vesiculas ad modum granorum ficuum subortas. Alij verò apostemata siue paruas esse pustulas, supra totam cutem adparentia & de genere infectionum, & corruptionum sanguinis, atque humorum: nisi quòd variolæ magis de sanguine, morbilli verò de bili generentur. Razes verò dicit in pueri corpore accidere diuersa vulnera, siue vesicas vel pustulas, ex quibus nonnullæ sint candidæ, quædam verò rubeæ, quædam atræ doloris immensi, quædam verò minimè. Quarum quidem pustularum differentiæ vel à subiecti diuersitate, quæ à materia originem ducit, eruũtur: vt si qua sit sanguinea, variolæ con- Pustularũ differẽtiæ.

tin

tingant. Si verò bilis rubea pura, tunc vlcuscula parua, lata, instar vesicæ, subrubra, pruriginosa, eueniant: ab Auicenna, Essere, ab Haliab, Saire dicta, quæ Paulus instar bullæ exeuntia, subrubra, & ἐπινυκτίδας nominat. In quorum numero sunt & Græcorum ὑδρῶα Latinorum verò sudamina, siue desudationes, Ex quibus liquidò constat, huiusmodi adfectiones, puerulis, atq; iuuenibus, et præcipuè his qui biliosi natura sint, atq; æstus tempore communes esse, adeoq; facilis curationis, vt per se, sine vllo præsidio, albicantibus quibusdam squamulis dimissis sanescant.

Essere. Saire. Epinyctides. Sudamina. Desudationes.

Sunt porrò alia vlcuscula pituitosa, alia melancholica, quædam verò ex eiusmodi mista, vt sunt morbilli, formicæ, scabies, & id genus alia. Nonnulla autem aquosa instar bullæ, alia flatuosa. Proinde vlcusculorũ nõnulla sunt lata, vel stricta vel acuta, vel rotunda. Quædam verò in capite,

Vluusculorũ aliæ differentiæ.

quæ

quædam in facie, quædam in membris superioribus, quædã in inferioribus subnascẽtia. Quædam ad hæc spissa, siue densa quædam rara, siue dispersa, alia bicipitia, alia vno tantum apice, interdum in membrorum margine, aliquando verò intrinsecus, & magis profundè, nunc copiosa, nunc pauca in numero prominent. In terminatione verò, siue medelæ fine eiusmodi dispari a reperiuntur. Eorum enim quædam exteruntur, quædam suppurantur, alia indurantur, alia delitescunt, & per halitum quasi digeruntur, & permutantur, aliqua verò in vlcera rediguntur, & illa pruriũt, illa verò minimè, iuxta Hipp. Aphor. lib. 6. Aphoris. 9. dictum, Latas pustulas non admodum prurire, adserentis, fortè quòd materia ipsarum minus sit acuta, minusq; vnita, sed potius dispersa. Difflari enim in latitudinem extenta, & facientem ipsas humorem minus acrem habere Galen. interpretatur.

Est

Est porrò istiusmodi pustularum & alia in adparitionis earum hora, differentia: nam quædam noctu subnascuntur, quas plantam noctis Auicenn, adpellauit, quam esse Græcorum ἐπινυκτίδα nonnulli autumant: nonnullæ autem subitò, aliæ verò paulatim: quædam cum prurigine præeunte, quædam verò non: aliæ autem symptomatico, aliæ critico modo. Huiuscemodi pustularum Galenus Aphori. lib. 6. Aphori. 9. duplicem esse differentiam ostendit: quum quædam tendant in acumen, & altum petant, quædam ad maiorem extẽdantur locum, non tamen in altum attollantur, sic pustularum nonnullas esse sublimes, nonnullas autem latas fieri. Sublimiores autem pustulas, atq; etiam tubercula à calidiore generari materia, humidiores autem à frigidiore.

Planta noctis.

Pustularũ differentię penes Galenum.

Corpori itaque puerorum istiusmodi accidere pustulas, quas variolas, & morbil

Causæ. Causarum genera

billos esse diximus, Auicenn. libr. 1. Fen. 3. Doct. 1. capitu. 3. attestatur. Quarum quidem causas esse potissimum eius interpretes volunt, ebullitionem sanguini superuenientem per modũ putrefactionis, vel ex nutrimenti menstrualis reliquijs, siue ex prauo lacte, siue dispositione aëris putredini obnoxia. Razes corruptionem lactis in ventriculo pueri pro causa ponit. quatuor iuxta Neotericos.

Neoterici autem causarum huiusmodi genera in certam digerunt summam. Primò enim ex mensium sanguine in poris membrorũ fœtus retẽto, huiuscemodi adfectiones generari adserunt: quem natura demum robustior facta expellat, corpusq́ mũdificet, vel in infantia, aut in pueritia, aut adolescentia, rarenter autem hoc in iuuentute rarißimè verò senectute euenire. Secũdò eiusmodi adfectus nõnunquàm contingere volunt, ex fœtus subfluxionis mensium tempore, conceptu, quare natos Primum. Secundum.

dein

deinde malum lepræ rarißimè effugere,
Tertium. posse. Tertio, ex nutricis praua diæta itidem accidere, putant, vt si cibis putredini obnoxijs vtatur, veluti sunt lac, pisces, in eodem prandio sumptis: ad hæc calidorum tum humidorum vsu, nulla interdum incisione venarum adhibita.
Quartum. Quarto istiusmodi mala nonnunquàm epidemiali sub tempore oriri: aut post malas ex sanguine crises in corpore sequi.
Notæ. Quorum malorum notæ ab externis facilè deprehenduntur. Ab internis autem, vt si à sanguine proficiscantur, per colorem rubeum, cum pruritu, calore, & dolore discernitur. Si verò à bili, tunc per spiceum colorem cum punctura, & acumine dignoscitur. A pituita autē per albedinem & squamas. A bili atra per liuorem cum nigredine, & punctura.

Sunt præterea qui pruritū nariū ignium coruscationem veluti adparentem metum in somno, rubedinem in facie, punctionem totius

totius corporis vehementem, pro euidentioribus variolarum, tum morbillorum præcurrentibus indicijs ponant.

Adparent autem plerunque in modum capitum (ex recentiorum descriptione) acuum, siue grani milij, aut capiti formicæ, deinde verò increscunt, & multiplicantur, postea crustum, & saniem gignunt, porrò exiccantur, & decidunt. Rubescunt autem vbi à sanguine ortum habuerint: à bile rubea flauescũt, à pituita albescunt: ab atra bili nonnihil nigrescunt. Violarum descriptio secundum neotericos.

Solent etiam plerunque eiuscemodi mala, hæc concomitari symptomata, veluti sunt febris immensi ardoris, dolor dorsi, narium pruritus, in somno timor, capitis grauedo, oculorum rubedo, temporum & frontis percussus, totiusq́; corporis punctura. His addunt nonnulli communem corporis grauedinem, cum faciei, & oculorum rubedine, & lacrymis,

inflammationeq́, & pandiculationum frequentia, anhelitus difficultate, vocis raucedine, sputi craßicie, capitis dolore, cordis palpitatione, oris exiccatione, angustia, gutturis dolore, tum pectoris, pedumq́ tremore. In morbillis autem huiuscemodi symptomata multum grauiora, periculosioraq́ fieri, quàm in Variolis, Guliel. Placentinus prodit.

Variolarũ morbillorũq; symptomata.

Sunt autem morbillorum indicia & variolarum vicina, & quasi congenera, nisi quòd in illis lacrymæ nonnihil sint copiosiores, dorsi verò dolor mitior, quum causa variolarum ex sanguinis redundantia proueniat, venam dorsi distendente. In variolis equidem sanguinis multi, & corrupti: in morbillis autem maliciosi, scilicet paucioris deprehenditur. Quare morbilli euestigiò erumpunt, variolæ verò paulatim, & sensim.

Notæ morbillorũ, variolarũq; vicinæ, & quasi congeneres.

Circa notarum autem significationes,

iuxta autorum placita, obseruanda sunt prognostica illa, quod vlcuscula omnia si negligantur, neque debito modo mundificentur actutum in scabiem transitura. Aut si à causa calidiori prouenerint, in serpiginem, & impetiginem, tum alia eiuscemodi symptomata abitura. Post scabiem verò si à pituita scaturierit malum in fistulam vertitur. Ab atra autem bili orientia mala semper cõtumacioris inueniuntur curationis, qua neglecta, cancer suboritur. Ob quam quidẽ rem Auicẽ. pustulas nigras, & vlcerosas in infante adparentes mortales esse, pronunciauit etiamsi solùm in ore huiuscemodi adparuerint, quas superius alcolas esse ostendimus. Has enim maliciosam sanguinis exassationem, & quasi cancrosam portendere. Itidem & virides, tum violarum colorem referentes esse malas: nigriores verò deterrimas. Cãdida autem vlcuscula salubriora esse, itidẽ & rubea.

Prognostica.

Alcola.

interdum commoditatis non parum allatura. Albidiores enim potißimum salubriores esse, præcipuè quum earũ non sint admodum multæ, magnæ tamẽ in quantitate faciliter erumpentes, præter angustias, & sine febricula ardenti, magis tamen, magisq́ decrescente. Necessum est enim instar musci recèns collecti, & modo ebullientis, vt vinum, ita & sanguineam massam eiusmodi pustularum feruore secerni, & digeri, quò purum ab impuriori sequestretur. Atras autem pustulas, febre comite, exitiales esse Razes prognosticatus est. Quæcunque autem variolæ citius eruperint, & apparuerint, ocyusq́ maturæ fuerint, salubriores erunt: virides, verò duræ, & violacei coloris prauæ. Tardiusculè autẽ maturantes cum syncopa perenni, atque angustia perniciosæ. Identidem se iterum tam subitò recondentes malæ sunt, syncopam proritantes. Anhelitus præterea difficultas in

istiu

istiusmodi adfectibus pessimum est indicium.

Exitialia proinde signa haud dubiè sunt in variolis, febris acuta, angor immensus, sitis intolerabilis, vires imbecillæ, anhelitus coarctitudo, siue constrictio: huiusmodi enim symptomatibus adfecti ocyssimè morientur: pauci enim reualescunt, quum plerique horum ex prædictis malis suffocentur. Lotium præterea viride, siue atrum, excremẽtaq́; viridia, pessima sunt, & lethalia. Sic Diarrhœa in variolarum malo adfectis semper mala, & infausta iudicanda. Signa exitialia in variolis.

Porrò eiuscemodi mala quæ scilicet circa summã pusionis, vt Aegineta tradit, cutem florescunt, principio quidẽ æqui boniq́; facienda sunt. Sed vbi bene defloruerunt, tum lauacris, adiecto myrto, lentisco, rosisq́; medendũ. Quem Auic. modũ imitatus, puerorum corpora pustulis infecta lauanda esse, aqua scilicet ex decocto Curatio.

medicamentorum ſubtilium, exiccantiũ, veluti ſunt roſæ, myrti folia, lentiſcus: itẽ tamariſci folia, atque olea roſacea, itemq́; lentiſcina, autoritate etiam Æginetæ.

Notiones. Obſeruandũ tamen hîc ne huiuſmodi auxilia adhibeantur, priuſquàm vlcuſcula hæc bene defloruerint, hoc eſt, matura effecta ſint, exactiuſq́; foras ſint protruſa, quod plerunque poſt ſeptimum contingit diem. Erupto enim vlcuſculo, vel per ſe, vel per artem, vt cũ acubus aureis, atque bene deterſo, tantummodo medicamenta exiccantia competunt: immaturo autem minimè. Quare Auicen. ſalitionem hîc eſſe neceſſariam oſtendit, videlicet poſt pleniorem puſtularum eruptionem, atque maturationem, ne fortè ex ea dolor quidam intolerabilis prouocetur. Salitionem autem iuſto ſaltem tempore, magna cõmoditate fieri, præcipuè quæ cum aqua fiet ſalita, in qua ſit myrtus, crocus, aut roſæ, multum conducibiles, & tamariſci,

Salitio apud Auicennã quid ſit.

& len

& lentes. Salitionem præterea cum camphora, & sandalis peractam optimè in præsenti casu competere, quia maturet, exiccet, & pustularum casum promoueat. Memori tamen hîc mente tenendum est, quòd si pustulæ eiusmodi non sint admodum malignæ, neque vlcerosæ, auxilia tunc nequaquàm administranda esse, donec satis defloruerint: postremò autem huiusmodi medicamentis vtendum esse. Solemus autem pueros inuolucris rubeis inuoluere, & eis ex decocto ficuum loco potus præbere, quò pustularum excretionem suppeditent, quod à Gallis diligenter obseruari, traditur. Atqui vlceratis pustulis cerotum cum cerussa conducit, siue vnguentum in officinis album dictum, cum modico camphoræ permistum. Sunt qui vnguentum de litargyro hîc etiam conferre velint. At lotionē pustularum Auic. maximè commendat, cū aqua mellis, & modico nitri adhibitam

Pustularū excretionē promouentia.
Pustulæ exulceratæ.
Pustularū lotio.

præcipuè tamen quum ſanies earum craſſa exiſtat. Mellis enim aqua exterit, vel cum aqua ſimplici, aut roſacea, & nitrũ, ſiue ſal ab imo etiam euocandi vires habet. Spumam autẽ nitri nonnulli ſumunt, & vlceroſis puerorũ puſtulis, craſſis cruſtis obſitis adponunt, ſed tamen aquam eius tantummodo ſumere poſſemus cum lacte miſtum, quo puſio iſtiuſmodi aquæ puncturã queat ferre. Sunt præterea oræ exulceratarum partium ex decocto myrti, roſarum, ſquinanti, lentiſciq́ue fouendæ, quo humor ille influens, doloremq́ue progignens propulſetur, caroq́ue tumida reſtringatur, roboretur, & deſiccetur. In primis autem hîc obſeruandum eſt, quo nutrix infantis legitima fruatur diæta, à recentibus ſe abſtineat fructibus, atque aromaticis rebus, ſalſis, calidis, acribus, vt alleis, porris, cepis, itemq́ue vinis fortioribus, muſtis, balneis, animi adfectionibus. Solent enim eiuſcemodi ſanguinem inflam

Aqua mellis.

Nitri vis.

Nutricis diæta hîc imprimis obſeruanda.

flammare, pustularumq́; generationi materiam subministrare intollerabilem, ob nimiam alios in pueris existentem redundantiam.

Sanguinē inflammātia.

Razes igitur hic in primis procedendum esse, vult, vt in lactis corruptione, veluti in vicesimonono puerorum morbo ostensum sit. Demum calefactorijs materiam forinsecus proliciendam esse, verbi causa, vt si puer caldario aquæ calidæ pleno adponeretur. Ad quam quidem operationem non parum iuuare, dactylorum, aut ficuum, cum aqua fœniculi decoctum. Erupta autem foras materia, tunc lauacra omni die, adiectis rosarum folijs, myrtiq́; & id genus alijs, administrāda esse. Deinde verò iuxta Aeginetæ etiam institutum, rosaceo oleo vtendum: aut violaceo, si quando vlcuscula fuerint arida. Humidis autem cerotum cum cerussa adhibendum, cum cera scilicet, & rosaceo oleo permista.

Razis curatio.

Vlcusculorum cum pruritu eruptio.

Quod si cum pruritu, in puero autem semestri, eiusmodi vlcuscula proruperint, ex decocto violarum siccarum, hordei à cortice denudati, alteæ, folijs cucurbitæ abluendos esse pueros idem conuincit autor, minimè autem vnguento alio perungendos. Neque etiam in morbi principio, neque in inclinatione, olea adplicanda esse. Illud enim vlcusculorum eruptionem impediat, hoc verò corrumpat, & vlcera quasi excauet, sinuosaq; reddat. Inunctiones autem quæ cum medulla oßium bouis, vel cerui concinnantur, supra modum hîc commendantur. Narcotica autẽ ceu venenum euitentur. Atqui lentis decoctum variolarum eruptionẽ plurimũ adiuuat: nam Dioscorides hoc crustulas erumpere, & vlcera repurgare, tradit.

Inunctiones probæ.

Narcotica euitanda.

Symptomata variolarũ & morbillorum.

Postremò symptomatum in præsenti casu interdum euenientium nõ parua ratio est habenda, autore Auicenna, veluti sunt gutturis, oculorum, narium, hoc est,

par

partium supernarum, pulmonis & intestinorum.

Oculo enim aliquando ex istiusmodi malo euenit aliud malum, quod Auicenna Albugo, Haliab. verò albedinem & pannum: Latini verò cicatrices, & albuginem, aut nebulam: plerunque tamen Græca voce λεύκωμα. Puerulus itaque ne huiusmodi adficiatur incommodo, à loco pellucido, siue luminoso, atque rerum rubearum intuitu dimouendus: oculiq; eius cũ collyrio aquæ rosaceæ, in qua nonnihil sumac insit conseruandi. Aut in mali ipsius initio, mox aquæ rosaceæ, siue coriãdri, siue myrti, duæ, siue tres guttulæ oculis inspergendæ, facie ad oppositum permota, quò vniuersum aqua istiusmodi oculum pertingat. Sit autem aqua hæc in æstate gelida, hyeme verò tepida.

Oculorũ. Albedo. Pannus. Albugo. Cicatrices. Nebula. Leuconia.

Guttur præterea ex iam dictis nõnunquàm suffocatur, aut vlceribus, siue erosio

Gutturis. suffocatio, exulceratio, erosio.

sione quadam perniciosa percellitur. Cui accidenti optimè succurrent malorum punicorum, siue mororum, aut fructuum Bati, siue rubi succus, siue sorbitiunculæ, aut ex succis eorũ gargarismi. Ex aqua enim rosacea in præsenti casu gargarisma concinnari, Razes haud vituperat.

Gargarisma.

Nariũ vlcera.

Narium porrò vlcera, meatum earum obturantia, inspirationemq́ prohibentia, aceti odor mirificè profligabit. Superiores autem narium partes Epithematis compescendæ ex glaucio, sandalis, aut aliquot succis refrigerantibus, adstringentibus, & aceto. Crustis autem narium potest vnguẽtum ex oleo rosaceo, cũ modico saltẽ Cadmiæ, & cera componi, quo nihil conducibilius hîc esse, creditum est.

Suspiria. Anhelationes.

Cæterùm suspirijs, siue anhelationibus ex eiusmodi malis accidentibus, phthisimq́ haud dubiè importantibus, subuenire sine dubio Eclegma ex lentibus cum papaueris semine, & tragacantho concinna

Eclegma.

cinnatum, pro certo ducitur.

Intestinorum autem erosionem medicamenta styptica compescunt. Intestinorũ erosio.

Varis postremò, hoc est, cicatricibus ex pustulis illis relictis, aquam destillatam ex radice cannæ multum conferre, traditur. Itidem & asini pinguedinem illitã, cum oleo rosaceo, liquefactam. Non minus imò potissimum aquam ex vngulis arietinis, caprinisq́ in igne exassatis promanantem competere, nonnulli volũt. Identidem leporis, tum tauri sanguinis, illius enim lentigines, asperamq́, & discolorẽ ceu à sole cutem emendare, si calente eo illinantur, huius autem discutere, duriciesq́ mollire, cũ pollenta illiti Dioscorides sanxit.

Morbus quinquagesimus primus, Lactumen, crusta, lactitium.

IN capite quoque & facie, fereq́ toto corpore, præsertim infantiũ, vlcuscula Morbi descriptio.

quæ

quædam gigni, maiori ex parte crustosa,
Lactumen. statim vel paulò post initium, lactumenq́ vocari, quoniā lactis impuritatem sequi putabatur Manardus lib. 7. epist. Medici. epistola secunda explicat. Prætereà non dubium esse, hæc ad ἀχῶρας, & vel κήρια, vel φυδράκια, vel ἐξανθήματα antiquorum pertinere: licet enim eodē semper nomine lactuminis à mulieribus appellentur, variare tamen multum, iuxta materiæ à qua gignantur varietatē. De hoc morbo idem putat autor, inter recentiores primū particulatim disseruisse Gulielmum de Saliceto, quem & Placentinum superius nominauimus, sub nomine crustæ, vel lacticij. Crustæ quidem, vt arbitratur, quoniā emineant in cute patien-
Causæ. tium puerorum veluti crustulæ: lacticij verò, quòd ex lactis acredine, salsam pituitam & tenacem in puero subnutrientis generetur.

Notæ. Notas autem adparere, vt si ex lactis

acri-

æcrimonia hoc malum proueniat, asperitatem in crusta reperiri, cum crustæ tenacitate. Illa enim exassatione: hæc verò, materiæ craßitudinem significabit.

Hunc morbum in lactentibus Manardus non magnopere nititur pellere: præcipuè tamen quando faciem non admodum dehonestet, nec periclitetur, vt oculos oblædat, quod nonnullis accidisse, ab eodem compertum est. Gulielmus tamen curam docet certam, qua se multos curasse adfirmat, absq; omni periculo, vel timore: quod & idem Manardus sine mendacio adprobare posse testatur: nisi quòd non eisdem semper vsus sit præsidijs, sed pro materiæ facientis morbum, reliquarúmque rerum, à quibus indicationes curatiuæ sumendæ sint, varietate: itaque remedijs mutatis, vno tamen semper cauendo, ne scilicet rebus nimis adstringẽtibus, frigidísve materiam introrsum pelleret. Addit præ- Curatio.

terea Placētinus: Abluenda esse loca patientia ex aqua florum chamomillæ, rosarum, & seminis fœnogræci. Deinde membra ex oleo chamomellino calido, omni die illinenda esse. Ad hæc nutrici præcipiendum vt à salsis, & acutis edulijs, itemq; caseo abstineat. Vinum præterea bibat multū liquefactum, vt idem eisdem verbis recitat autor.

Morbus quinquagesimussecundus, Febris.

I*Nfanti adcidunt febres, iuxta Hippoc. lib. Aph. 3. Aphor. 25. & Auicennæ lib. 1. Fen. 3. Doct. 1. capi. 3. sententias, videlicet in progressu quum iam dentire incipiant pueruli, tūc gingiuarum pruriginibus, febribusq; corripi asserentes. Liquere autem Galenus cōuincit, quòd perforatis gingiuis à dentibus prodeuntibus, huiusmodi casus eueniat, quēadmodum vbi stimulus infigatur carni, & sanè plus dentes affligant quàm stimuli. Hos equi*

equidem semel firmatos, in membro quiescere, cui ab initio infixi sint, dentes verò semper procedere, & tantum, quantum augeantur.

Febricitare autem hac ætate puerulos, & propter ætates, & vigilias, & inflammationes. Ex dolore siquidem, & cruciatu pruriginis gingiuarum naturam commoueri, & humores ipsos, tum spiritus nonnihil subagitari, vnde & febres Ephæmeræ dictæ concomitentur. Dolore siquidem auctiori reddito, vehementioremq; inde inflammationem proritari. Causæ.

Cuius equidem notæ ex caloris extranei dignotione facillimè percipiuntur. Notæ.

In curatione autem huiuscemodi inflammationis, hoc imprimis statuendum, vt nutrix iusta vtatur diæta, cibis videlicet competentioribus, ad frigiditatem, humiditatemq; vergentibus, sanguinem, & lac nutricis emendãtibus, veluti sunt pa- Curatio.

nis albi micæ in aqua fontana iterum, atque iterum lotæ. Hîc etiam conferunt aquæ pullorum alterantes, cum lactucis, acetosa, hordeo decorticato, lacte amygdalino, malis persicis, & arancijs, potu ptisanæ, aqua sacchero consperſa, syrupo rosarum, violarum, endiuiæ, acetosa, oxysacchara simplici. Dein verò ex Auicennæ persuasu nonnihil infanti propinandum, vt est succus mali punici, citri cum oxymelle simplici: aut cui sacchari nonnihil adiectum sit. Recentiores verò succos hîc præbent refrigerantes cum camphoræ minimo, & sacchero. Item Iuleb, & syrupos violarum, tum rosarum, tum oxysaccharam. Sunt qui in sudoris prouocatione hîc nonnihil admoliantur, videlicet ex radice cannæ recenti compressa, succóque eius partim infantis capiti superposito, partim verò pedibus supposito, ocyßimè enim istiusmodi modo sudorem prouocatum iri.

Ex

Experimentatores (vt vocant) aliqui febricitantibus puerulis huiuſcemodi concinnant cataplaſma, atque iuxta pectoris furculam applicant. Recipientes hordeum à cortice depuratum, cum viola aliquantiſper contritum, deinde cum ſucco abſinthij, maluæ, plantaginis, vmbilici veneris, cotyledonis etiam dicti incorporatum, atque ita emplaſtri modo impoſitum.

Morbus quinquageſimuſtertius, ἐμφύσημα Paulo, inflatio Auicennæ.

Inflationes accidere ſecundum duos modos Auicenn. lib. 4. Fen. 3. Tract. 1. cap. 11. inſinuat. Aut propter aquoſitatem quæ propulſetur ex feruore, ſiue ebullitione in humoribus, ex qua materia ſubleuetur ad illud quod ſit ſub cute, & cutem tunc offendat denſiorem, quàm id quod ſub ea ſit, vnde non permeet, immo impedita remaneat [inflatio] iſtiuſmodi aquoſa. Aut loco aquoſitatis ſanguis inſit,

quare plus de subtus fiat.

Causæ. Emphyse-ma. Inflatio.

Huiuscemodi autem malum Paulus emphysema vocet, quod Latinorum quidam inflationem nominent: gigni verò à spiritu flatuoso, sub cute quidem aliquando, interdum verò sub circũossalibus membranis coaceruato, & collecto: quandoq; in medio horum, & peritonæi congregato. Dirimi tamen à reliquis Oëdematis quòd digito cedat, non tantam relinquens foueam, quemadmodum illa dum premantur, & strepat instar tympani. Adiuuare autem cutis densitatem, quæ spiritu non tam facilè perfletur, cumq; hac si crassarum partium sit spiritus: vnde curationis scopum esse, corpori raritatem inducere. Liquet itaque impræsentiarum inflationem sumi, quæ ex aquositate densa, vel flatu ad cuticulam vi naturæ transmissis eueniat. Euidentem deinceps causam esse nutrimenti scilicet in quantitate, vel qualitate sumptam: ex qua videlicet

licet redundantia crassa & aquosa, vel calore imbecilli existente, flatus generetur, quæ cuti detrusa, exin in toto corpore, vel aliqua eius parte inflationem proliciat.

In istiusmodi mali curationem, plerunque comæ, siue summitates (vt vulgò dicitur) sambuci, & ebuli decerpuntur, atque in vino albo coquuntur, ex quo decocto cum pannis calidis puer fouetur, vel cum vniuerso corpusculo, vel cum partibus aliquot eius seorsim adfectis. Radicem ἀκτῶν illarum in vino decoctam, subeuntibus cutem aquis auxiliari Dioscor. conuincit. Curatio.

Morbus quinquagesimusquartus, Macilentia.

ATtenuato nonnunquàm, atque plus iusto macilento puero, eiusmodi administramus balneum. Accipientes caput arietis, & pedes eius, quibus exa-

ctiſsimè coctis, donec carnes ab oſsibus diſcernantur, in quo puerulus balneetur, atque poſt balnei vſum huiuſcemodi illinatur vnguento. Recipiuntur enim butyri, oleorum, roſarum, vel violarum, vel communium ſingulorum vncia vna, pinguedinis crudæ de carnibus porcinis ſemuncia, ceræ drachmæ duæ, quo puer omni die illitus immodicè reficietur.

Morborum, ſiue ſymptomatum in infantium, ſiue puerorum corpuſculis deprehenſorum finis.

DE INFANTIUM, SIVE PUERORUM, tuenda bona valetudine Aphorismi, ex autoribus undequaq; congesti.

I

QVoniam eius naturam quo nutrimur sapimus, bonorum morum nutrix, bonæq; eucrasiæ, ac mediocris ætatis semper est eligenda. II.

Bono cibo nutrices si nutriantur, boni chymi lac generant, quod crescendo dat bonos ipsi nutrito succos.

III.

Solo lacte pascendus est infans, usque quo dentes anteriores producat.

IIII.

Quum ex eodem simus, & nutriamur, lac maternum sanguinis consueti, atq; cogniti alimonia genitum, lactibus cæteris naturæ infantis conformius existit.

V.

Vt hædi lacte ouino nutriti, pilum gignunt teneriorẽ: & agni lacte caprarum aliti, lanam ferunt duriorem: sic nati matribus alienis educati, à proprijs matrum naturis multum discrepant.

VI.

Qui suos partus deserunt, ablegantq́ à sese, & alijs nutriendos dedunt, vinculum, coagulumq́ animi, atq; amoris, quo parentes cum filijs natura consociat, intercidunt, atq; diluunt.

VII.

Infantis aliorsum dati, facta est ex oculis eius amolitio: vigor enim ille maternæ flagrantiæ, sensim atque paulatim extinguitur, ipsiusq́ affectio animi atque amoris, in ea sola vnde alitur, occupatur, & matris quæ genuit neque sensum vllum, neque desiderium capit.

VIII.

Moderatus fletus ante pueri lactatio-nem ad membra ſpiritalia dilatanda cæteraq́ confortãda, & ad caput purgandum conuenit.

IX.

Pueri menſe ſeptimo dentire incipiunt: dentiunt verò citius, qui lac calidius ſugunt.

X.

Quum ignem igni addere non liceat, eucratus puer ad plurimum vſque, aut eius nutrix, nequaquàm vinum guſtare debet: quoniam ſufficienter calefacit corpus, caputq́ vaporibus replet, atq; in his furiam quandoq;, & maniam irritat.

XI.

Puer à ſeptem annis, ad quatuordecim vſq;, nec multis, nec violentis prouocandus eſt gymnaſijs, ne eius augmentum talibus impediatur: tunc enim eius animus bonis moribus, & honeſtis ornandus eſt diſciplinis.

XII.

Animi mores corrumpuntur malis consuetudinibus, ex cibis, ac potibus, & gymnasijs, inspectionibus, auditionibus, & à mala musica.

XIII.

Multi multis annis ægrotantes, propter malam animi consuetudinem, contraria motuum ipsius animæ immoderatione curantur.

XIIII.

Diligentia multa studendum est, ne vllum animi immoderatum motum, ad tertium annum vsq; cum corpore paruuli patiantur, ea propter nutricē oportet esse prudentem, & cōsuetudinis pueri expertam.

XV.

Necesse est calere corpus quod adolescit, & ad vires & incrementum tendit vice uersa, illud supra modum frigere, cum cœperit aboleri, & tanquàm maturum atq; caducum in ruinam præceps festinare.

XVI.

Vinum & Cereuisia inimica sunt pueris: nam eorum capita malo vapore replent, & calefaciendo mentem eorum perturbant.

XVII.

Infantium dolores tribus modis leuantur, nutricis papilla ori eorum apposita, motuq; mediocri, & vocis modulamine.

XVIII.

Quibus infantibus aluus siccata est, hanc, quantum est cicer vnum terebinthynæ, aut mellis vncia soluit.

XIX.

Rubrus corallus infantium lactentium collo appensus ad os vsq; ventriculi deueniens, lactis vomitum prohibet, roboratq; horum coctionem.

FINIS.

MORBORVM

IVXTA SERIEM TOtius corporis competentem, Nomenclatura, & quasi in capita sectio.

1 PRimus est Syriasis, quem Latini capitis ardores vocant. 11
2 Secundus, Phlegmon cerebri. 20
3 Tertius, Hydrocephalon, hoc est, aqua extra craneum Auicennæ: apostema verò intercutaneum Haliabati. 27
4 Quartus, Emphysema Paulo: inflatio capitis Auicennæ. 43
5 Quintus, Capitis magnitudo immodica. 48
6 Sextus, Capitis Vlcera, quæ Plinius manãtia, Græci Achores, & Ceria, Auicẽna Saphatum, nostri Tineam vocant. 51
7 Septimus, quem Razes Fauum: Græci κηριον adpellant 64

Octa

Octauus, Vigilia 438
Nonus, Somnia terrifica, Pauores Hippo- 9
crati, & Galeno. 73
Decimus, Epilepsia Græcis: morbus comi- 10
cialis Latinis, mater puerorum vulgo,
regius ac diuinus Aristoteli. 78
Vndecimus, Resolutio neruorũ: apud Græ- 11
cos παράλυσις dicitur. 92
Duodecimus, Conuulsio, quam Græci σπασ- 12
μὸς vocant. 94
Decimustertius, Rigor iuxta Celsum, quẽ 13
Græci τέτανος, nostri communi & vna
tantum voce Tetanum: Auic. Cuzem,
vel Aluizem nominat 111
Decimusquartus, Conuulsio, & Tetanus 14
exinanitione. 114
Decimusquintus, Glaucedo oculi, quam 15
Græci γλαύκωμα: & Hypochimata,
hoc est, oculorum suffusiones vocant.
115
Decimussextus, Emphysema oculi: quod 16
Auic. inflationem oculi appellitat. 120

De

17 Decimusseptimus, Strabismus, hoc est aspectus obliquus: penes Auicennam strabositas. 124

18 Decimusoctauus, Lacrymæ, oculi lacrymosi & lacrymantes Plinio. 128

19 Decimusnonus, Ptilosis: Auicennæ Silac: Haliabati Palpebrarum casus. 130

20 Vicesimus, Psorophtalmia iuxta Paulum, quam Auicenn. scabiem & pruritum, Haliabas pruriginem vocat. 133

21 Vicesimusprimus, Aurium dolor. 139

22 Vicesimussecundus, Aurium humiditates, interdum sanguinis instar, aut puris adparentes: nonnunquàm vermiculi ex auribus exeuntes, vnde aures verminosæ appellantur. 145

23 Vicesimustertius, aurium purulẽtia, quam Razes venenum adpellat. 151

24 Vicesimusquartus, Sternutamentum, 152

Vicesimusquintus, Rimæ, vel Scissa, vel Fissa, vel scissura labiorum, quas Græci ῥαγάδας, Auicenna fissuras nominat. 161 25

Vicesimussextus, Dentitio, siue dentium productio. 165 26

Vicesimusseptimus, Gingiuarum, maxillarum, tendinumq; phlegmones, Paulus parulides vocat. 169 27

Vicesimusoctauus, et Vicesimusnonus, Gingiuarum pruritus, qui ὀδιαξισμὸς à Dioscoride dicitur: & gingiuarum caro superflua ἐπουλὶς à Paulo vocata: à Raze autem vesica. 173 28. 29

Tricesimus, Aphthæ Græcis: Alcola Auicennæ: Calaba Haliabati: oris vlcus Plinio. 177 30

Tricesimusprimus, Ranula in lingua, quam Græci βάτραχον vocant: atque de linguæ resolutione, & grauitate, puerorumq; balbutie. 186 31

Tri

32 Trigesimussecundus, Cancri in ore puerorum, qui à Græcis Καρκῖνοι, & καρκινώματα dicuntur. 189

33 Trigesimustertius, Angina, cuius genera Græci ponunt quatuor, ut Συνάγχη, Παρασυνάγχη. Eadem & tonsillæ à nonnullis vocatur, quam Barbari Squinanciam hactenus vocitauere. 194

34 Trigesimusquartus, Tußis & Coryza. 202.

35 Trigesimusquintus, Dyspnoëa, Asthma id est, Anhelatio, quod Auicen. Oregmon vocare videtur: Orthopnoëa. 211

36 Trigesimussextus, Stomachus fractus, siue imbecillus. 215

37 Trigesimusseptimus, Vomitus. 217

38 Trigesimusoctauus, Singultus. 226

39 Trigesimusnonus, ventris tormina, & inflationes. 235

40 Quadragesimus, Aluus humida, siue ventris perturbatio, aut alui fluor. 237

Qua

Quadrageſimusprimus, Aluus ſicca, du- 41
ra, aſtricta 250
Quadrageſimusſecundus, Lumbrici, Tæ- 42
niæ, Aſcarides 254
Quadrageſimustertius, Vmbilici, inflam 43
matio, vel eius augmentum Auicēnæ,
ἐξόμφαλον, apud Græcos dictū, Vmbi-
licus prominens, Celſo prociduus, Pli-
nio quid ſit 267
Quadrageſimusquartus, Λιθίασις calcu- 44
lus 271
Quadrageſimusquintus, De meientibus 45
intrò ex Paulo 276
Quadrageſimusſextus, Inguinis ramex, 46
quem Græci βουβωνοκήλην: Item inteſti-
norum ramex, quem ἐντεροκήλην vo-
cant 277
Quadrageſimusſeptimus, Anus proci- 47
dens 283
Quadrageſimusoctauus, Teneſmus, ſiue 48
tentio 287
Quadrageſimusnonus, Intertrigines fe- 49

morum, quas Græci παρατρίμματα, Latini nunc attrita, nunc confricata membra appellat. Excoriatio in coxa Auicennæ 291

50 Quinquagesimus, Exanthemata, id est, pustularum eruptiones, quæ Variolæ, & Morbilli ab Auic. dicuntur: à Raze exanthemata & eulogium: Algidra verò & Alhasba ab Alsaharauio: à Plinio papulæ, & pituitæ eruptiones 295

51 Quinquagesimusprimus, Lactumen, Crusta, Lacticium. 317

52 Quinquagesimussecundus, Febris 320

53 Quinquagesimustertius, ἐμφύσημα Paulo, inflatio Auicennæ 323

54 Quinquagesimusquartus, Macilentia 325

Aphorismorum

Finis.

INDEX COPIOSVS EORVM

quæ in hiſce commentarijs habentur.

A

ARdores capitis 12
Apoſtema ſitibundum eodem
Aqua extra craneum 27
Apoſtema intercutaneum 17
Achores 51
Alopecia 60
Atriplex 32
Aetas puerilis morbo comitiali obnoxia 76
Auxilium lene pro pueris paralyticis 94
Algores 97
Aſpritudo 135
Alcuzen 110
Aegilops oculi 138
Aurium dolor 139
Aurium humiditates 145

Aures verminosæ 140. & 146
Auricularia specilla 147
Aurifusoria 148
Absynthij succus cum melle 150
Aurium purulentia 151
Auralis 174
Abulis ibidem
Aphthæ 177
Alcola ibidem
Aphthæ caliditatis igneæ nonnihil in se habent 181
Aphthæ non tantum oris, sed etiam alijs corporis partibus attribuuntur eodem
Aqua mulsa 185
Anginæ inflammationes sunt 194
Angina 195
Anginæ genera ex Paulo ibidem
Anginam Græci ἄγχειν, Latini ab angendo appellant 196
Anhelatio 211
Asthma ibidem
Anheli 212
Aquæ

Aquæ calidæ vires 235
Aquæ conceruatæ intra caluariam notæ 32
Aloë 236
Aluus hmida 237
Alui fluor ibidem
Aluus ſicca, dura, aſtricta 250
Aſcarides 254
Aſcarides in occaſu, Hippocr. 255
Aſcaridibus abundantes breuioris ſunt vitæ 256. & ſeq.
Ammi 279
Ameos ibidem
Ami ibidem
Anus procidens 283
Apozema 285
Aſpergines 290
Attrita 291
Algidra 296
Alhaſba ibidem
Albedo oculorum 315
Albugo oculorum ibidem

Anhelationes 316

B

Batrachus 186
Balbuties puerorum ibidem
Butyrum 168
Branchus 203

C

Collectiones 13
Cucumis 18
Caluariæ membranæ duæ 21
Caustica medicamenta 42
Caustica sensim adhibenda ibidem
Capitis magnitudo immodica 48
Capitis vlcera 50
Ceria 51
Capitis vlcera manantia ibidem
Capitis impetigo 52
Cerioni 64
Causa procatarctica 57
Cutis color humorem indicat redundantem

tem 59
Conuulsio ex siccitate cum desipientia 70
Comicialis morbus vnde dictus 79
Cochlearis capacitas 85
Cichorij facultas 88
Cardamomum pueris Epilepticis proficuum 91
Conuulsio 94
Conuulsionis descriptio Arabica 95
Conuulsionis diuisio ibidem
Conuulsionibus pueri sunt obnoxij ibidem
Conuulsionis genera tria 96
Conuulsio ex repletione, & inanitione 98
Conuulsio à contrarijs fit causis 99
Caro addita 174
Caro salsa 175
Calaba 177
Corporibus fortioribus medicamenta fortiora esse administranda 182
Cancri in ore puerorum 189
Cancris pueros affici in dubio est apud au-

tores 190
Cancer vnde sic dicatur pag. 191
Cancri, & carcinomatũ differentia 19
Carcinomata latentia ibidem
Carcinoma quid sit ibidem
Cancri exulcerati, & nondum exulcerati differentia ibidem
Crystallus 193
Cornu ceruinum ibidem
Cynanche 196
Cynanche pusiones frequenter corripiuntur 197
Coryza 202
Catarrhus 202
Cyminum 215
Cotoneorum succus 206
Cinamomi in vomitione vsus 225
Cholera 238
Cholirica paßio ibidem
Concoctionis deprauatio, & neruosi generis imbecillitas, duæ potißimum causæ cõuulsionis ex repletione eueniẽtis 99

Cōuulſio pueris promptiſsimè accidit 100
Conuulſionibus pueri facilius adultioribus liberantur 101
Conuulſionis à repletione indicia 102
Conuulſioni febrem ſuperuenire melius quàm econtra fieri ibidem
Conuulſionis diuiſio ad materiam proportionata, ſiue non proportionata 104
Conuulſionis à plenitudine curatio 105
Conuulſionis in vniuerſo corpore curatio 108
CuZen 110
Conuulſio ex inanitione 114
Colorum oculos euariātium cauſæ ex humoribus dependent 117
Chamomillæ vires 138
Colocynthis 144
Croci genera 145
Croci vires 148
Circa ocymi in ſternutatione adminiſtrationem, inter Auicennam, & Dioſcoridem controuerſia, & diſceptatio 158

Cerebrum leporinum 168
Coagulum lac in ventre coagulatum dissoluit 246
Conyza 249
Cyclaminis radix 253
Calculus 271
Calculus puerorum paßio propria ibidem
Cicatrices oculorum 315
Crusta 317

D

Duricies 20
Dactyli 61
Dormire, & vigilare penes Aristote. quid sit 68
Diuisiones 162
Dentitio cita 166
Dentitio ibidem
Dentitionis symptomata ibidem
Dentitio tarda, vernalis, hyemalis, æstiua ibidem
Dolori intolerabili ex dentitione 168
Dia moron 200

Dyspnoëa 198.& 211
Dyatraganthen frigidum 211
Diarrhœa 237 ~~168~~
Dyasenteria 239
Desudationes 300

E

ERysipelas 13.20.& 25
Exinanitio quot fiat modis 36
Experimētum à ratione naturali inuentum 40
Emphysema 44
Epilepsia 81
Epilepsiam non facilè incurrunt pubertatem egreßi, facillimè verò pueri 82
Electuarium Galeni puero Spasmo laboranti concinnatum 93
Emprostothonos 111
Emplastrum Auic. ad membra conuulsa puerorum 107
Emplastrum 108
Emphysema palpebrarum affectus 121
Elxine 138
Epulis 170

Embrochæ descriptio 172
Eclegmata 207. 211
ἐχόμφαλον 267
Enterocele 278
Excoriatio in coxa 292
Exanthemata 296
Eulogium ibidem
Ecthymata magna 297
Exanthematum nomen patet latius 51
Essere 300
Epinyctides ibidem
Erosio intestinorum 317
Excrescentiarum curatio 176
Epylepticus morbus diuturnus 80
Eminentiæ 52

F

FLatus duplex, curandi duplicem modum administrat 48
Ficus 51
Fauus 64
Faui & meliceridis differentia 66
Frigora 97

Fletus puerorum moderatus & interpolatus, ante esum effusus cōducibilis 129
Ficatio 135
Fissa 161
Fluorum alui modi diuersi 238
Fel vaccinum, & reliqua omnia 252
Fasciæ 257
Febris insequens vermes semper malum 264
Frigiditas resolutionis vim habet 276
Febris 320

G

Gutturis suffocatio, exulceratio 315
Glaucomata 115
Glaucedo viriditas oculi penes Auic. 116
Glaucedo oculorum est debilium 117
Glaucedo ex sola siccitate iuxta quosdam ibidem
Glaucedo duobus contingit modis 118
Glaucedinis differentia duplex 119
Glaucij succus 122

Gingiuarum phlegmones 169
Gingiuarum pruritus 174
Gingiuarum caro superflua 176
Glycirrhizæ succus 183
Gallia muscata 216
Gariophilorum in vomitione vsus 223
Gulielmus Placentinus Medicus insignis 249
Gargarisma 316

H

HEliotropium 18
Hydrocephalos 27
Hippocr. dictum aureum 36
Horrores 97
Hypochymata 115
Hypochyma, & Glaucoma quomodo differant 116
Homo ad lacrymas natus 128
Historia ex Ruffo mirabilis 149
Historia experta 266
Herba lumbricorum 267
Hordeacea farina 294

Herpetes multi, magni 298
Hydroa 300
Hirundinum sylvestrium cinis 201

I

INflammationes 13
Ignis sacer 20
Infantis in vtero materno positura 29
Incisionum modi varij, & diuersi 39
Inflatio capitis puerorum 43
Imaginationes terribiles in somno 74
Insomnium 75
Inflatio oculi 120
Isthmus 197
Intestinorum leuor, leuitas 238
Intestinorum difficultas 239
Iridis radicula 251. & 293
Intertrigines femorum 291
Intestinorum erosio 317
Inflammatio 292
Infectio cutis arenosa 133
Inguinis ramex 277
Infantium temperamentum 190

K

K

Κάρκινοι 189
Καρκινώματα ibidem
Κρυπτὸν 193

L

LApis smaragdus 86
Lapis in nidis hirundinum repertus 87
Lactis proba 180
Lac Asininum 110
Lycium 123
Lacrymæ 128
Lacrymæ voluntariæ in pueris, inuoluntariæ in senibus 130
Lini semen 143
Lens 144
Lac caninum 168
Lactucæ succus 183
Linguæ resolutio, & grauitas 187
Linctus 214
Lac bifariam alteratur 134
Lapathum 147

Lappatium ibidem
Lumbrici 154
Lumbricorum differentiæ. ibidem
Lumbricorum in febribus ortorum rationes ex Paulo 263
Λιθίασις 271
Lupinus amarus 208
Leucoma oculorum 315
Lactumen 317
Lacticium ibid.
Lienteria 238

M

Morborum causæ quatuor, à causa extrinseca euenientium 22
Mater dura 28
Manardus medicus insignis 44
Medicamina flatus dissipantia 45
Maculæ rubeæ 52
Morbus comitialis 79
Mater puerorum 80
Morbus regius, diuinus 79

Motionis impedimentum, vel defectus in pueris 94
Mellis vsus contra incertos aurium sonores & dolores 144
Myrrha ibid.
Mellis vires 148.171
Morituri minimè sternutant 157
Maxillarum phlegmones 169
Mori arboris pomorum immaturorum succus 184
Μελίκρατον 185
Mali punici cortex 194
Malum arteriacum 203
Myxaria 265
Medicamen Razis in vomitione expertum 222
Mollificatio testium 278
Morbilli 296
Membra confricata 291
Mel 251
Meliceris 65
Muscus 217

Macilentia 325

N

NErui optici 15
Notarum differentiæ inter calidos & frigidos humores 24
Neruorum resolutio 92
Nomæ 182
Nausea 217
Nux indica condita 232
Nux 246
Nitri vis 312
Nebula oculorum 315
Narium vlcera 316
Nauseæ, vomitionisq́ differentiæ 217

O

OEdema 20
Odoramentum 39
Ophiasis 60
Oleum sesaminum 85
Opisthotonos 98. & 111
Oleum irinum 106. 21
Oleum chamæmelinum, cyprinum keiri-

num, liliorum alborum 107
Olea neruis conuulsis conferentia 106
Olea diaphoretica 107
Oleum sicyonium 113
Oculi glaucedo 115
Oculorum suffusiones ibid.
Oculi puerorum in primo ortu increscere iuxta Albertum 116
Oculi senum, & decumbentium quare glaucescant 119
Oculi lacrymosi, & lacrymantes 128
Origanus 143
Oleum de cannabe satiua 149
Ossa ethmoidea 153
Oleum de salicibus 160
ὀδαξισμὸς 173
ὀδοτίασις ibidem
Oris vlcus 179
Orthopnæa 198
Oregmon quid sit, & in quibus morbis eueniat 214
Orbiculi 222

Oleum

Oleum peruetus ex oleis maturis 235
Oxylapathum 247
Oua dura Græcè Ephtha dicta 249

P

PHlegmones 20
Phlogosis 18
Phrenitidis signa 16
Pepo 18
Psydracia 51
Pustulæ rubeæ 52
Phthiria 58
Psilothrum 64
Papauera 72
Pauores 73
Παιδίων νόσημα 80
Puerorum morbus ibid.
Pulmentum pro pueris Epilepticis 85
Palpebrarum clausura 121
Ptilosis 130
Palpebrarum casus ibid.
Psorophthalmia cum suis speciebus 133
Pruritus ibidem

Prurigo ibidem
Psoriasis palpebrarum pruriginosa 134
Palpebra ficosa, & aspera 135
Paritaria 138
Parotides aurium 143
Papaueris succus, opium 150
Parulis 170
Παρυλίδες ibid. & 173
Pruritus curatio 174
Portulacæ succus 183
Perfrictiones linguæ 189
Parasynanche 194
Parachynanche 195
Pastilli 222
Potentia retentrix, etiam amplexatrix à Galeno dicitur 227
Pruritus 240
Prurigo ibid.
Pulicaria 249
Παρατρίμματα 291
Pustularum eruptiones 298
Papulæ 295

Pituitæ eruptiones ibid.
Pustularum, siue variolarum differentia 299. & 302.
Planta noctis ibidem
Pustularum excretionem promouentia 311
Pustulæ exulceratæ ibid.
Pannus oculorum 315

R

Repulsio materiæ pectoralis interdicta 26
Resolutio cum quibus fiat medijs 37
Radix Glycysidis, id est, pæoniæ 87
Rigor 97
Rigores ibid.
Rigor latinè dictus ibid.
Rigor in pectus 98
Rigor in scapulas ibid.
Resinæ fuligines 138
Rimæ 161
Rhagades ibid.
Rhagades à frangendo Græcis 162

Resina 282
Ranula 186
Ructus acidi 242
Rotundorum multò plures quàm Ascaridum in pueris gignuntur 255
Rhacosis 278
Rhus, hoc est, sumac 221

S

Solaris 18
Solanum ibidem
Solatrum 18
Scirrhus 20
Sephiros ibidem
Simile suo simili appositũ furiosius ipsum reddit 24
Saphatum 53
Scabies sicca ibidem
Somnus & vigilia, modum excedentia malum 69
Somnia terrifica 74
Somnus 75
Somni cum Epilepsia communitas 78

Strangulatio spiritus est occlusio 79
Syrupus de cichoreo 88
Strabismus 124
Strabositas ibidem
Silac 130
Syrosis 135
Suppurationis argumenta plausibilia 141
Sal 143
Saccharum ibidem
Sacchar 144
Sanies aurium 149
Stupefacientibus quãdo sit vtendum 150
Sternutamentũ nobile, & expertum 137
Sternutamentum 152
Sternutamenta validiorem habẽt quàm tussis spiritus impetum ibidem
Sternutamẽti ex duplici perforatione rationes 155
Sternutamenta ex cerebri apostemate euenientia ipsum distendunt, instimulantq́ 158
Sternutatio quæ noceat, aut prosit 159

Sciſſa 161
Sciſſuræ labiorum ibidem
Sciſsiones 162
Sciſſuræ ex mammillarum nutricis duricie, vel calore 165
Salſamentum vetus 175
Succidia ibidem
Squinantia 194
Synanche 195
Sorbitiones 207
Suſpirioſi 62
Stomachus fractus, vel imbecillus 215
Singultus 226
Singultus eſt conuulſio, ſcilicet non perfecta ibidem
Santonici ſemen 267
Stranguria 274
Scopuli 298
Saire 300
Sudamina ibidem
Salitio apud Auicennam quid ſit 310
Sanguinem inflammãtia 313

Suſpiria 317

T

TVmorum omnium origo 20
Tumor mollis in capite 28
Tinea 51
Tetanos 111
Tumor pruriginoſus 134
Trachoma ibidem
Tyloſis 135
Tußis 204. 208
Tonſillæ 196
Trochiſci 222
Teneſmus 239
Terebinthinæ reſina 252
Tæniæ 257
Tineæ ventris ibidem
Tinearum interpretatio apud Marcellum ibidem
Tentio 287
Tactus qualitatum attingẽdarum iudex

infallibilis 24
Tendinum phlegmones 169
Tarichia 175

V

VLcera manantia 50
Vnguẽtum Razis contra tineã 64
Vigilia 68
Vigiliarum ex paßionibus origo ibidem
Vigiliarum incommoda 69
Vigiliæ ex euacuantibus exiccantibus fiunt 70
Vigilijs tußis superueniens, mala ibidem
Viscum quercinum 87
Victus deprauatus paßionem generat 89
Victus puerorum Epilepticorum 90
Viriũ in corpore humano genere tres 101
Vermiculi ex auribus 145
Vesica in ore puerorum Razis 174
Vesicarum in gingiuarum partibus parũ acutarum curatio 177

Violæ ſiccæ tritæ 182
Vuæ acerbæ ſuccus 184
Vomitus 217
Vomitio ſyncerior, deterior 218
Vomitio porracea, humida, nigra, perniтioſa ibidem
Vomitionis continuæ incommoda 219
Vomitio ſanguinolenta 220
Ventris tormina, & inflationes 233
Ventris inflatio cum capitis magnitudine 236
Ventris perturbati fluxus 237
Vomitio 238
Ventris animalia 257
Vermium genus infantibus magis, quàm alijs ætatibus familiare 263
Vmbilici inflãmatio, vel augmentũ 267
Vmbilicus prominens, prociduus 268
Vmbilici tumor 269
Vrina introrſum reddita 276
Variolæ 296
Variolarũ, & morbillorũ materiæ 298

Vlcusculorum differentiæ 300
Variolarum descriptio iuxta Neotericos 305
Variolarum, morbillorumq́ symptomata 306

Z

Zopissa 282

FINIS.

LVGDVNI,
Excudebant Philibertus Rol
letius, & Bartholomæus
Frænus.

